Stipulatio emptoris. In id. scilicet damnum. Is stipulari. aliās is, scilicet venditor. M. aliās idem stipu, scilicet damnum, id est damni æstimationem debet venditor stipulari. Alia actione. ex empto. M. si veditor negligēs fuit in stipulādo. Damni. ab emptore interposita. Nō deducitur. si ergo nō habet aliud auxiliū, deducitur, & ita nō rñ. huic quæstioni ppositē secundū Azo. sed dic vt modō notauī. Venditor. scilicet tantum. Continebit. cessione facta. Quoniam si emptor. si ergo nō sit stipulatus emptor, etiā secundū Aristo. nō est iniquū, & transit stipulatio ad emptorē: vt dixi. s. e. si quis missum. §. fi. sed secundum Paulum, qui fecit hanc legem, in nullo casu est iniquū, vt subiicit: nisi fortē & c. emptor tamen non vetatur experiri ex stipulatione venditoris. Azo. Item not. qd hæc iniquitas toleratur. j. de duo. reis. per totum titulum.

Nisi id fortē. l. quod dictum est damnum post traditionem eueniens in venditoris stipu. venire: vt. s. proxi. §. sed si venditor & c. venditoris. scilicet post traditionem. R. cū ergo veditor & emptor stipulatus est, tenebitur venditor emptori actione ex empto, in qua veniet vt cedat actionē ex stipulatu: vt. s. de contrah. emp. quod sape. §. si res. sed non veniet in ea nisi dānū prioris tēporis. Sed si tantū venditor esset stipulatus, vtriusque temporis damnum veniret. Item not. hīc secundum R. post domus venditionem antè traditionem, aut alter, id est emptor vel veditor, aut vterque,

tur damnum post datum, quia iam venditor & emptor essent stipulati, & committeretur duobus stipulatio.

g Stipulatus. de damno infecto à domino domus ruinosæ. h Res. scilicet omiffæ stipu. vt. s. de actio. emp. l. venditor. & si stipulatus est venditor, hanc cedit: vt. s. de contrahen. empt. l. quod sape. §. si res.

præstat. Sed quid fiet, si venditor sine culpa stipulari non potuerit, & ob hoc emptor<sup>i</sup> stipulatus fuerit? k nōne damnum patitur? l an hoc damnum in aliena re<sup>m</sup> acciderit: reuoluitur<sup>n</sup> autem ad emptorem, quia actionem ex empto non habet? o Sed nihil<sup>p</sup> in hac causa proficit stipulatio, q nisi in id<sup>r</sup> quod post traditionem accidit: quia dum venditoris custodia est, is stipulari<sup>s</sup> debet, omnēq; diligentiam emptori præstare: & quod alia<sup>t</sup> actione quæri potest, id in stipulationem damni<sup>u</sup> infecti omnino non deducitur. x Sed si veditor<sup>y</sup> interposuerit stipulationem, etiam id damnum continebit, z quod post traditionē emptori cōtingerit, quod esse iniquissimum Aristo ait: quoniam si emptor<sup>a</sup> quoque damni infecti stipulatus esset, duobus promissor eiusdem nomine obligaretur: nisi fortē<sup>b</sup> id contra se habeat: quia in hoc sit stipulatio quanti ea res erit: vt possit videri nihil interesse iam venditoris<sup>c</sup> stipulatione dāni infecti interposita.

i Ob hoc emptor. s. quia venditor nō potuit stipulari. Accursius.

k Stipulatus fuerit. de dāno infecto, vel simpliciter, vel expressē p vtroque tempore.

l Patitur. emptor, quia non habet cautionem nisi de dāno quod post traditionē illatum est: vt. s. proxi. dixi.

m In aliena re. i. quæ erit venditoris. cū damnum datum est.

n Reuoluitur autem ad emptorem. & sic emptor sentiet dānū datū antè traditionē nulla interueniente culpa venditoris, cū ex sua stipulatione agere non possit, nec cōtra venditorem aget eius cessante culpa. Ir.

o Non habet. cōtra venditorem, qui in culpa non est.

p Sed nihil. non refert se ad proximum dictū soluendū, scilicet quādo veditor non fuit in culpa, sed ad primū: vt patet per illa verba. j. & quod alia actione & c. & sic in dubio dimittit.

mittit. Quid ergo dices in hoc casu quādo non fuit in culpa? Resp. dicūt quidā, vt Azo aliquē nō cogi pmittere: sed si spōtē pmittit aliquis. l. dominus dom<sup>o</sup> ruinosæ, p vtroq; tēpore bene tenetur: vt. j. e. cū emptor. in prin. & l. dāni. ij. §. cū parietē. in fi. sed secundū H. dici potest etiā cogi pmittere emptori eo casu cū venditor non est in culpa pro vtroq; tēpore, quia fortē res est in precario apud emptorem, per. d. l. cū emptor. & pro hoc quia mercenariis cauetur, & cui libet cuius interest: vt. s. e. l. qui bona. §. qui damni. & §. & nō inquiretur. b & §. qui totum. & §. de illo. Itē pro hoc facit superior litera, reuoluitur autē. & dicas quod ibi incipiat responsio dictæ quæstionis. illud autē cōstat, qd simpliciter emptor stipulando de damno, post traditionem illam tantū videtur stipulari: vt in prin. huius. §. & j. e. l. damni. ij. §. cū parietem.

q Stipulatio emptoris.

r In id. scilicet damnum.

s Is stipulari. aliās is, scilicet venditor. M. aliās idem stipu, scilicet damnum, id est damni æstimationem debet venditor stipulari.

t Alia actione. ex empto. M. si veditor negligēs fuit in stipulādo.

u Damni. ab emptore interposita.

x Nō deducitur. si ergo nō habet aliud auxiliū, deducitur, & ita nō rñ. huic quæstioni ppositē secundū Azo. sed dic vt modō notauī.

y Venditor. scilicet tantum.

z Continebit. cessione facta.

a Quoniam si emptor. si ergo nō sit stipulatus emptor, etiā secundū Aristo. nō est iniquū, & transit stipulatio ad emptorē: vt dixi. s. e. si quis missum. §. fi. sed secundum Paulum, qui fecit hanc legem, in nullo casu est iniquū, vt subiicit: nisi fortē & c. emptor tamen non vetatur experiri ex stipulatione venditoris. Azo. Item not. qd hæc iniquitas toleratur. j. de duo. reis. per totum titulum.

b Nisi id fortē. l. quod dictum est damnum post traditionem eueniens in venditoris stipu. venire: vt. s. proxi. §. sed si venditor & c. venditoris. scilicet post traditionem. R. cū ergo veditor & emptor stipulatus est, tenebitur venditor emptori actione ex empto, in qua veniet vt cedat actionē ex stipulatu: vt. s. de contrah. emp. quod sape. §. si res. sed non veniet in ea nisi dānū prioris tēporis. Sed si tantū venditor esset stipulatus, vtriusque temporis damnum veniret. Item not. hīc secundum R. post domus venditionem antè traditionem, aut alter, id est emptor vel veditor, aut vterque,

b) Est versū dicto. §. qui dāni. In hanc gl. quoniam in multis aliis locis varia est atque inconstans, Dynus addit emptorē nē pe expressim stipulatu de dāno cōtingente antè traditionem tantū: & ad id solūm extendi stipulationē. Itē quæ fiet fide vtroque sit stipulat<sup>o</sup>, scilicet antè & post contingēte. Nā cū ad vtrūque extēdi tradi-

Casum ponit.



tur. in. l. dā-  
ni. §. cū pa-  
rietem j. eo.  
Aut simpli-  
citer stipula-  
tū, temporis  
nulla facta  
cōmemora-  
tione, ac tū  
venire dānū  
post traditio-  
nē hōc in gl.  
at que vt cō-  
cilies gl. que  
est. j. in. l. cū  
emptor que  
habet vtrin-  
que dānū  
cōtingēs si-  
ue antē siue  
post traditio-  
nem venire:  
dic nostram  
hanc gl. sibi  
tūm locum  
vēdicare, cū  
de dāno cō-  
tingēte antē  
traditionem  
alia via em-  
ptori cōsul-  
tum est: vt  
quia vēditō-  
ri culpa fuit,  
ne negligēs  
in petēda sti-  
pulatione.  
At legis, cū  
emptor, gl.  
pcedit, quā-  
do in culpa  
vēditōri non  
fuerat, sic  
que de dam-  
no cōtingē-  
te antē tradi-  
tionem em-  
ptori cōsul-  
tū non fue-  
rat. quod no-  
tabis ad mul-  
ta iura.

vrerque, aut neuter à possessore domus ruinosa stipulationem  
damni infecti extorquet. vbi venditor tantum stipulatus est, rem  
emprotri tradet: actionem quoque natam ex stipulatione damni  
infecti cederet: vt supra de contrahē. emp. quod saepe. §. j. & §. si res.

per quam actionem emptor damnum antē traditionem rei post-  
eaque contingens con-  
sequitur: vt ibi, sed si vē-  
ditor &c. vbi vero em-  
ptor tantum stipulatus  
est: de eo solo damno  
quod post traditionem  
contigerit, cautum ha-  
bebit: vt in prin. §. siue  
de eo tantum, siue sim-  
pliciter sit stipulatus. se-  
cus si expressē pventro-  
que: vt modò plenē dixi  
ibi, sed nihil &c. Si  
verò vterq; stipulatio-  
nem venditoris ad pre-  
cedēs tempus, emptori-  
s ad sequens tempus  
post traditionem porri-  
gitur: vt ibi, quod esset  
iniquissimum &c. sed  
vnditor cederet emptori  
pro primo tempore,  
vt modò dixi per. l. §. de  
contrahē. emp. quod  
saepe. §. si res. Si verò  
neuter stipulatur, em-  
ptor in dāno versatur,  
nisi venditor stipulari  
potuit, & nō fecit. nam  
huius culpae nomine cō-  
uenitur: vt ibi, vendito-  
rem autem &c. & supra  
de act. emp. l. venditor.  
& facit. j. tit. j. post vē-  
ditionem. Item not. ex  
hoc. §. in subsidiū hanc  
cautionē interponi: vt  
& §. e. l. §. j. plenē dixi.

**Sabini.] CASVS.** Cū  
aedificares domum, ca-  
uisti mihi de damno si  
quod cōtingeret intra  
annum. tādē intra an-  
nū cecidit domus supra  
parietē domus meae: ita quod totusest friquassatus, & vitiosus fa-  
ctus. Dicitur quod si paries iste meus cadat antē annum, siue post  
annum, teneris ad omne meum damnum: imò quod plus est, &  
antequam paries meus cadat, possum agere ex stipulatione ista  
ad damnum meum. Damnum autem aliquādo aestimabitur per-  
inde ac si paries iste cecidisset. quod est si iste paries ita sit con-  
quassatus, vt nulla ratione refici possit. certē tunc non minoris est  
lis aestimanda, quā si cecidisset. Fran. Accursius.

**a** Domus. ruinosā: de qua cautum fuerat tunc.  
**b** Acceperim. vt argu. §. ad. l. Aquil. huic scripturā. §. j. & l. ait lex.  
& l. ita vulneratus. in prin. & j. de verb. oblig. cū stipulatus. &  
l. hoc iure. Sed arg. contra in eo. titu. l. in illa.  
**c** Possit. vt supra titu. proxi.  
**Si vicinas.] CASVS.** Ego habeo domum ruinosam iuxta tuas a-  
des, & tu domum ruinosam habes iuxta meas. dicitur quod ego  
tibi, & tu mihi cauere debes. alioquin & ego in tuā, & tu in meā  
intrabis possessionem. Franc. Accursius.

**d** Tu in meam. nā hāc est pœna nō cauentis: vt. j. ne vis fiat ei. l. si.  
in prin. Sed cōtra. huic. §. §. eo. qui bona. §. si quis quia. Sol. vt ibi.  
Itē op. si exactus à te vt caueā, incōtinenti exigo à te: si tu nō mi-  
hi, nec ego tibi: vt arg. C. de pac. cū proponas. & C. de sent. & in-  
terlo. om. iud. auth. & cōsequēter? Respō. satis diceris mihi satisfacere  
vel satisfacere. patiēdo me venire in possessionē: vt. §. de pro-  
cur. sed & hāc. §. si. & l. seq. & facit. §. ea. l. §. ei cuius.

**Si pupillus.] CASVS.** Cū pupillus doli capax non caueret de  
damno infecto, iudex iussit me intrare possessio. cū intrare vel-  
lem, pupillus prohibuit. certē tenetur mihi actio. in factū, ad in-  
teresse meum. [SI MANDA TV.] Cū non cauerem tibi de dā-  
no infecto, iudex iussit te intrare possess. & cū intrare velles, man-  
dato meo quidam te prohibuit. dicitur quod ego teneor act. in  
ff. Nouum.

**Quando finis habet necessariā  
consequētiā ad principium, in-  
spicimus principium. Bart.**

Sabini sententia vera est, existi-  
mantis vt si dum aedificatur, intra  
diem stipulatione comprehēsum  
supra parietem meum domus  
deciderit, eūmque vitiauerit: licet  
post diem stipulationis paries de-  
cidat, possim agere: quia damnum  
iam tunc acceperim, cū paries  
vitiosus factus sit, nec quicquam  
obstare quod minus etiam antequā  
decidat, agi possit. & si ita cōcus-  
sus sit paries, vt nulla ratione refi-  
ci possit, ideōque deponendus sit:  
non minoris litem aestimandam,  
quā si decidisset.

**Contumacia commissā in vna  
re, non extenditur ad aliam rem.  
Paulus.**

Si vicinas aedes habeamus, & ini-  
uicem desideremus damni infecti  
caueri: nihil obstabit quod minus  
& ego in tuarum aediū possessio-  
nem mittar, & tu in mearum.

**Actio in factum quae oritur ex  
prohibitione, datur etiam contra  
pupillum, si ipse prohibuit immis-  
sum, & erat doli capax. Itē ex facto  
procuratoris habētis speciale mā-  
datum, datur contra dominū. Itē  
datur nō solū si prohibuit missum  
ex primo decreto venire in posses-  
sionē, sed etiā si missum ex secun-  
do: licet illi succurratur etiā alio  
remedio: scilicet per Publicianā**

factum ad interesse tuum. [NON S O I V M.] Cū habere domū  
ruinosam, nolui cauere tibi de damno infecto: & sic iudex iussit  
te intrare possessio. cū intrare velles, prohibui. teneor act. in fa-  
ctum. Secundò dicit cū velles intrare in poss. ex secundo decre-  
to, prohibui. teneor. Tertio dicit, cū tu missus esses ex secundo

**vel per interdictū vnde vi. ista ta-  
men remedia cū sint omnia rei  
persecutoria, si actum fuit vno, &  
obtentum: non potest agi ex altero.  
Pau. de Castro.**

Si pupillus prohibuit iri in pos-  
sessionem damni infecti, placet in  
eum nō iniuste cōpetere hanc in  
factum actionē. Si mādato meo  
alius prohibuerit, in me hāc ac-  
tio cōpetit. Nō solū autē eū pu-  
nit p̄tor qui in possessione esse,  
sed etiā eū qui possidere passus  
non fuerit: cū alioquin si is  
qui iussu p̄toris cōperat possi-  
dere, & possidendo dominū ca-  
pere, aut nō admissus, aut eiecit  
inde fuerit: vtile interdictū vnde  
vi, vel Publicianā actionē habe-  
re possit. Sed si in factū actionē  
egerit, his actionibus experiri non  
potest: cū p̄tor id agat, ne dā-  
num faciat actor: non vt in lucro  
versetur.

**Ex stipulatione p̄toria inter-  
posita per procuratorē procura-  
torio nomine, acquiritur domino  
vtilis actio sine cessione. P. de Ca.**

Si procurator meus dāni infecti  
stipulatus sit: causa cognita mihi  
ex ea stipulatione actio cōpetit.

**Ex processu agitato contra vnū,  
non fit p̄iudicium alteri absen-  
ti, & non citato. Pau. de Cast.**

XIX. GAIVS lib. ad Edictum Prae-  
toris Urbani, titulo de dam-  
no infecto.

**g** Eum punit. actione in factum.  
**h** In possessione esse. ex primo scilicet decreto. aliās est in textu, est,  
& tunc supponit pro domino rei, qui non admittit iussu mitti  
ex primo decreto. aliās esse: & est melior: & tunc supponit pro  
iussu mitti. & accipe, passus non fuerit: & semper dic ex primo de-  
creto. Accursius.

**i** Possidere. ex secundo decreto.  
**k** Cum alioquin. bene dico æquum esse dari in factum: quia & a-  
liā quandoque dantur: & hoc subiicit.

**l** Possidere. ex secundo decreto: & sic non admissus cū recessisset  
& rediret, vel expulsus, habet vnde vi, vt subiicit: vt infra de vi &  
vi armat. l. j. §. deicitur. & §. interdictum. sed missus ex primo  
decreto, non possidet, & sic non habet. vnde vi: vt infra de ad-  
quirenda possess. l. iij. §. fina. & facit supra eodem. l. p̄toris. in  
principio.

**m** Capere. aliās acquirere.  
**n** Vtile. id est efficax. cū enim ciuilitur & naturaliter missus ex se-  
cundo decreto possideat, debet habere directum: vt. j. de vi & vi  
armat. l. j. §. deicitur.

**o** Publicianam. cū non erat dominus prior possessor: vt supra de  
Publiciana. item si seruum. & est hīc loco tit. iussus iudicis, siue se-  
cundo decreto: vt. §. de Publicia. l. sed & si res. j. respon. & j.  
de acquir. poss. l. iustē.

**p** Actio. scilicet primò dicta. & facit in hoc. j. de re iudica. l. si  
quis dolo. §. j. Accursius.

**q** Versetur. quod esset, si aliis actionibus ageret.

**r** Actio cōpetit. cōtra. j. de ver. obli. stipulatio ista. §. alteri. vbi di-  
citur nō posse aliū alij stipulari. Rñ. hīc nō aliter, sed sibi stipula-  
tus est, ex quo vtilis datur domino act. secūdū M. Sed tūc obstat  
q̄ per liberam personā nō potest obligatio quæri: vt. C. per quas

decreto, & vna die exi-  
res de possess. cū velles  
redire, nō admisi te, vel  
te deieci de possess. te-  
neor tibi nō solū act. in  
factum prædicta. sed eti-  
ā vtili interdicto vnde  
vi, quando te deieci:  
& Publiciana: & si ege-  
ris contra me act. in fa-  
ctum, aliis actio. agere  
non poteris. nam post-  
quam consecutus es in-  
teresse per act. in factū,  
sufficit: & contentus es-  
se debes. p̄tor enim  
vult vt damnum tibi e-  
mendetur: non vt lu-  
crum habeas inde. [SI  
PROCVRATOR.] Cū  
tu haberes domum rui-  
nosam iuxta meā, pro-  
curator meus fuit à te  
stipulatus de dam. infe.

dicitur quod ex stipula-  
tione. Acquiritur mihi  
actio. Fran. Accursius.

**c** In factum. de qua ha-  
bes supra eo. si finita. §.  
pen. & §. si. & l. sequen-  
tis ad. §. si. & intelli-  
ge de pupillo doli ca-  
pace, non alio: vt. j. de  
regu. iur. l. pupillus. &  
j. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc  
edicto. & §. de rei vind.  
l. quod infans.

**f** In me. & in illum si-  
militer: vt supra quod  
quisq; iur. l. iij. §. j. & j.  
de vi & vi armata. l. j. §.  
deieci. & §. quoties.  
& C. de acc. l. nō ideo. &  
§. e. l. si quis missus. ij. rñ.  
vbi de hoc plenē dixi.

† Infero ex  
hoc text. q̄  
iussus iudi-  
cis in secun-  
do decreto,  
habetur lo-  
co utuli: de  
quo notauit  
in. l. finita. §.  
si postea. in  
apostil. i. ver.  
subuenitur.  
§. eod.



personas no. acqui. l. j. & .j. de verb. obli. si ita stipulatus. §. Chrylogonus. Sed respon. illud regulare : hoc speciale in pratoris stipul. vt hic, & .j. de prato. stipu. l. in omnibus. & plenè dixi instit. de inuti. stipu. §. ei. & C. ad exhibendum. si res. Vel dic secundum R. datur mihi actio ex stipulatione procuratoris, si procurator in iudicio vel etià extra,

me tamen presente, stipuletur: vt supra si quis cau. l. penul. de procur. in causâ. §. fina. & .j. de verb. oblig. si procuratori presentis. vel in subsidium, quia ipsum procuratorem ad eedendum conuenire nõ possunt: vt pote absentem: vt. §. de instit. l. j. in fi. & l. ij. & in hoc vertitur causâ cognitio, si habes hic in litera causa cognita, vt quidam habent.

**E**orum. ] CASVS. Dicitur quòd si dominus domus ruinosæ sit absens ex necessaria causa: & ideò quia non cauit, est missus aduersarius in possess. certè ei reuerso reddetur possessio si caueat de damno infecto, & hoc petita prius in integrum restitutione. Idem intellige in fructuario & in creditore, & in simili qui habeat i domo ista ruinosâ ius. [SIVE ÆDIFICIUM.] Siue timeatur de vitio domus, siue operis positi in loco urbano vel rustico priuato vel publico maxime: cauendum est de

**E**orum qui bona fide ab sunt, in stipulatione dani infecti ius non corrumpitur, si reuersis cauendi ex bono & æquo potestas datur: siue domini sint, siue aliquod in ea re ius habeant: qualis est creditor, & fructuarius, & superficiarius. †

**Hoc edictum locum habet in ædibus & in operibus vitiosis, in quouis loco situata sint, hoc dicit.**

Siue ædium vitio, siue operis quod vel in ædibus, vel in loco urbano, aut rustico, priuato publico fiat, damni aliquid futurum sit: curat prætor vt timenti damnum, caueatur. m

**Summata est supra cod. l. damni. §. ei cuius.**

XX. IDEM libro nonodecimo ad Edictum Provinciale.

**I**nter fructuarium & dominum proprietatis ita damni infecti cautio locum habet, si fructuarius quidem de soli vitio caueri sibi desideret, dominus verò proprietatis de operis vitio, si quid fructuarius ædificet. q Nam de

aliud auxilium, scilicet stipul. de vtendo fruendo, quam præstitit Seius: in qua veniet & istud damnum, cum ad eum Seium pertinet resectio. & sic si non facit, & propter hoc domus cecidit, tenetur ex prædicta promissione. Fran. Accursius.

**Locum habet.** si vicinas habent ædes, vt. §. l. damni. §. j. ruina ædium neuter ab altero cautione desiderare potest. fructuarius ideò, quia resectio ædiu ad eius ipsius onus non pertinet: proprietari ideò, quia vsitata stipulatio qua de re restituenda fructuarius cauet, ad hunc quoque casum porrigitur.

**Si filiusfamiliâs est inquilinus, sibi & patri cauebitur pro periculo rerum peculiarium: pro periculo ædium soli filio: si actum est vt ad eum solum periculum spectet. B.**

XXI. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

**S**i filiusfamiliâs inquilinus sit, videamus an dani infecti nomine in possessionem ædium vicinarum mittendus sit. quæritur enim an filiusfamiliâs nõ videatur damnũ pati, si res peculiares sint, & pater possit stipulari si quid ei damni fiat. Et placet vtrũque eorum in possessionem mitti: nisi sic filius conduxerat, vt eius periculo ædes essent. tunc enim quia solus tenetur ex locato: rectè dicitur ipsum mittendum in possessionem, nisi ei caueatur.

prietario pro domo vsufu. quæ minatur ruinam. Pertinet. videtur hic quòd magna impendia ad fructuariũ spectent: & sic est contra. §. de vsufr. l. vsufr. leg. §. fi. & l. haftenus. & l. cum fructuarius. Sed dic quòd ad modica hic restringatur. vel aliter vt dixi supra eo. damni. §. j.

**Ideò.** scilicet non potest postulare sibi caueri à fructuario. **Vsitata.** se vsurum & fructuum arbitrio boni viri. & finito vsufr. restitutum: vt. §. vsufr. quemadmo. ca. l. j.

**Casum.** scilicet vt reficiat. **S**i filiusfamiliâs. ] CASVS. Filiusfamiliâs cõduxit domũ, & in ea moratur. cũ esset ibi quædã domus quæ minabatur ruinã huic domui quã filius iste cõduxerat, petiit filius sibi caueri: & cũ sibi nõ caueretur, petebat se mitti in poss. quæritur an sit mittendus: & videtur q nõ, sed pater eius: quasi filius nõ videatur damnũ posse pati in rebus peculiaribus quas secũ habebat in domo cõducta: sed tantum pater. sed tamen dicit q pater & filius ambo mittendi sunt in posses. cũ vtriusque videatur interesse. Hoc tamen fallit in casu. nam si filius conduxerat domum hoc pacto, vt suo periculo esset domus, tunc quia ipse tantum esset obligatus act. ex locato, ipse erit mittendus in posses. non pater. Franc.

**Inquilinus.** quia alienam domum conduxit: super qua & rebus in ea positis vicina domus ruinam minatur.

**Quæritur enim.** à iudice: quia iudex hoc inquirat an filius & c. nõ ex verbis edicti: vt supra eo. l. qui bona. §. qui damni. Accursius.

**Peculiares.** hic distinguendũ est ad quod peculiũ res istæ respiciat. nã si ad castrẽse vel quasi, solus filius stipulatur: cũ in eis vt paterfa. censeatur: vt. §. ad Macedo. l. ij. & .j. de fur. si quis vxori. §. sed si Titio. vers. an autẽ. in aduẽtitio vterq; potest. pater, quia eius. l. patris interest ratione vsufr. filij, ratione proprietatis. Itẽ i pfectio vterq;: quia & filij interest, nõ solũ patris: vt. §. de mino. l. iij. §. sed vtrũ. in fi. & sic hoc intellige in aduẽtitio vel profectio.

**Vtrũque.** filiũ & patrẽ: quia vtriusq; interest, vt dixi: & sic prosequere vsq; ad finẽ. Vnde quod subiicit, vt eius periculo & c. exponere. l. filij tantũ, vel patris tantũ. pacisci enim potest filius ne à patre suo petatur: & sic fortè pactus est. ne pater teneatur ex cõducto, licet fuerit negligens in non petendo caueri. Itẽ & pacisci potest filius ne à se petatur tantũ: vt. §. de pac. l. si tibi decem. §. fi. & l. acquirit. & l. & heredi. in princi. Et quòd subiicit, quia solus & c. l. filius vel solus pater, ille solus in possessionẽ mittetur si ei nõ caueatur,

\* Fl. aliquid. a] Ista gl. est ita not. sicut alia quæ sit iure: & eã no tabilissimam dicit Bal. ad hoc quòd si procurator est absens ita vt nõ possit cedere actio nes: statim i subsidũ trãseunt in me vtiles. Bolo. † Angelus his tribus addit emphiteutã atque feudatariũ, vt in eos quoque fundũ vctigalẽ ac feudatariũ habentes securdũ interponatur decretũ. vt. §. eo. l. si finita. §. si de vctigali. iuncta gl. mag ad fi. v. hic eũ videtur, ac potissimum Lud. Põra. qui eũ clarè declarat, ac aduersus alios tue tur.

- a Eorum. dominorum domus ruinosæ.
- b Qui bona. imò & aliud exigitur, scilicet quòd sit absens: ex necessaria causa vel probabili: vt not. §. de in integ. resti. l. fi. Azo.
- c Non corrumpitur. cum effectu.
- d Datur. petita restitutione: vt supra eod. l. si finita. §. si fortè. & §. postea. & ad idem. §. si ex noxa. cau. aga. l. ij. §. fina. & de noxa. l. electio. §. fina.
- e Siue domini sint. l. illius rei in qua facta erat missio.
- f Creditor. facit supra eo. l. quid de creditore. & l. hoc amplius. §. pen. & §. fin.
- g Siue ædium. priuatarum: de quibus repromittitur de vitio operis & loci: vt. j. l. fluminum. §. fin. & faciebat hic ventrem scilicet ista domus. H.
- h Operis. in publico vel priuato facti: vt quia machina est imposita superficiẽ ad proiciendum.
- i Quod. scilicet opus.
- k Ædibus. ædibus dico vel loco urbano vel rustico positis: vt .j. de ver. signifi. l. urbana. vel sub. in loco urbano. l. alio, vt in turri, & simili ædificio. Accursius.
- l Publico. hoc est contra. §. si finita. §. si publicus. sed expone vt ibi. Item in eo quòd hic miscet in publico & priuato facta opera, tamen cum distinctione intellige: vt altero pro solo & ædificio, & altero pro opere siue ædificio tantum: vt. §. eo. l. si finita. §. j. & infra. l. fluminum. §. pen.
- m Caueatur. aliter & aliter: vt. §. e. prætor. in pri. & §. de eo opere. **I**nter fructuarium. ] CASVS. Titius habet proprietatem, Seius vsufructum in quadam domo. hæc domus in qua habet vsufructum Seius, minatur ruinã domibus aliis Seij: vnde Seius petit à Titio sibi caueri. quæritur an audiatur: & dicitur quòd si solum minatur ruinam: tunc Titius bene debet caueri. Quid erit contra si Titius habeat alias domos ibi vicinas, & petat à Seio sibi caueri: dicitur quòd si Seius faciebat aliquod opus in hac domo in qua habebat vsufr. & ratione huius operis timebat Titius ruinam: tunc Seius caueri debet. Quid autẽ erit si ipsa domus minatur ruinã, & fructuarius petat sibi caueri? Nõ auditur, cũ ad eum spectet resectio. Idẽ si Titius postulauit sibi caueri à Seio nomine huius domus. nam non auditur, cũ ipse habeat

b] Potes per hanc gl. colligere differentiam inter ædes & domũ: quia nõ omne ædificium dicitur domus: sed ædes dicuntur omne ædificium. Ita not. Bar. in. l. i. §. deinde. §. de cloacis. vbi dicitur quòd ædiũ veniat appellatioe, & quid domus. Idẽ tenet Flo. in. l. quidam Hiberus. §. de ser. vrb. prædio. ybi dicit quòd etiam venit porticus. & Paulus de Cast. cõ. fi. 47. Adverte tamen q iuriscõsultus in. l. si domus. in princi. de leg. r. promissue his verbis vitur.



ueatur, siue sit filius siue pater qui teneatur ex conducto: vt hīc, & .j. qui ex cau. in poss. ea. si filio. Alij, vt R. aliter exponūt hoc, & dicūt vtrūq; .i. patrem siue filium & locatorem. nā duos primos pro vno ponunt: & quod subiicit, eius periculo. .i. filij vel patris, non locatoris: quia tūc quādo nō esset periculū locatoris, solus filius siue pater, nō autē locator mittitur in possessionem si nō caueatur: & secundū hoc solus nō excludit patrem, sed locatorem. Cū primō intellectu q̄ teneat ex conducto si fuit negligēs in stipulādo, fa. s. e. dāni. §. emptor. Item ad v. trūq; facit. s. vt le. no. ca. l. j. §. fi. & l. ij. & l. iij.

**I** proprietarius.] **CASVS.**

Titius habet proprietatē in domo q̄ minatur ruinā, & Seius habet vsumfructū. hīc Titius cauit de damno infec. vicinis petētibus: & cū dom⁹ dedisset postea damnū vicinis, hīc Titius cōuētus ex promissione sua, emēdauit. dicitur q̄ Seius qui habet vsumfructū, debet cōferre Titio: & nisi cōferat, nō vtetur vsumfructu suo. Itē econtra pone q̄ hīc Seius cauit vicinis de dāno infecto: & aliquid prætuit ex hac caut. dicitur q̄ iste Seius debet habere vsumfr. & proprietatē donec Titius cōferat ei partem damni. & hāc sunt vera siue magnum damnum datū fuit vicinis, siue paruum. [P L A V T I V S.] Cū domus quēdam minaretur ruinam, & peterē caueri: venit quidā qui dicebat se dominū huius domus, & volebat absq; fideiussore cauere. ego negabā eū dominum, & dicebam Titium dominum. vnde volebam q̄ iste satisfaret sub hoc pacto, si appareat eum nō esse dominum. Item volebam quōd Titius quem dicebam dominum, purē caueret absq; fideiussore. quāritur an audiat? & dicitur quōd non: sed debeo eligere vnum ex his, vt caueat mihi. Franciscus.

**a** Repromississet. propter domum in qua habet proprietatem, quā minatur ruinam ædibus vicinis.  
**b** Præstitisset. dāno dato conuentus ex stipulatione dāni infecti.  
**c** Ædibus. scilicet fructuarij.  
**d** Habere. scilicet proprietarij.  
**e** Obtulerit. id est soluerit conuentus ex cautione.  
**f** Conferre. conferunt ergo ambo pro æstimatione proprietatis & vsumfru. vt arg. s. de noxa. si ex duobus. §. fi. Accursius.  
**g** Retinebit. loco pignoris. sed certē imō videtur ius dominij ad eum transire: vt. s. eo. l. quamuis. in fin. quā est contra. Solu. ibi in secundo decreto: hīc in primo dicit. Item nunquid habere potest proprietarius pro derelicto? Respon. sic: vt. s. eo. prætor. §. fi. & l. hoc amplius. licet quidam contra: vt argu. s. pro soc. l. cum duobus. §. fi. idem respondit. **ADDITIO.** Dic secundum Bart. quōd

a) si fratres.

ibi loquitur in obligatione personali ex contractu. hīc in obligatione ex quasi noxali: vt. l. prætor. §. hoc edictum. s. eo.  
**h** Missus in possessionem. haberet autem poss. ex primo decreto, & postmodum ex secundo decreto: & hoc nemine caente. hīc verō habeat fruct. scilicet nudā siue plenā proprietatem ex primo, & postmodum ex secundo decre. si ipse solus cauit, & proprietarius ei non confert: vt hīc, & s. eo. quamuis. in fi. Accursius.  
**i** Eadem erunt. quasi diceret, prædicta sunt vera quando magnum fuit damnum: sed idem si paruum sit pro quo sit conferendū. sic instit. de rerum diui. §. gallinarū. Sed argu. contra. s. de dolo. si oleum. §. fi. & l. seq. & de in integ. restitut. l. scio. Item facit versus:

*Nam de mille faba modis cum surripis vnam:  
Est leuius damnum: tibi non facinus minus esto.*  
**k** Plautius. scilicet respondet ea quæ sequuntur.  
**l** Repromitti. repete vellem, & simul vtrūq; fieri: sed ab vno purē repromitti: ab alio purē satisfari petere possum: vt. s. e. quāuis. itē ad id quod dicit non posse peti sub exceptione satisfari, est contra. j. eo. l. qui vias. §. j. & s. eo. prætor. circa princi. sed ibi ab vno: hīc à diuersis.

Versus.

**ff.** Nouum,

**m** Eligere. facit. C. de codi. l. fin. & s. de tributoria. quod in heredem. §. eligere. & s. vt leg. no. ca. l. iij.

**N** stipulatione.] **CASVS.** Domus tua tota minabatur ruinā. petij b) herede. vt caueres. dicitur quōd ru. debes cauere in po. totius perinde ac te vis cauere tantū, nō audiris, & mittar in po. totius perinde ac si nullo modo caueres. Franciscus.

dānū vicino sarcit. Eadē crunt i & si minimum damnum detur.

**Stipulatio vel cautio de damno infecto, quoad repromissionē vel satisfactionem debet esse certa, & non conditionalis. h. d.**

Plautius: \* Si ab eo quē dominū esse negare, vellem sub hac exceptione, si dominus nō esset, satisfari: ab eo verō quē dominū esse dicerē, purē repromitti: i cōstitit non debere me impetrare, sed debere me eligere m) a quo velim mihi caueri.

**XXIII. VLP IANVS libro sexagesimo tertio ad Edictum.**

**I**n stipulatione damni infecti quæ ædium nomine interponitur, nisi insolidum n) fuerit cautum, mittetur in possessionem. o

**De eo opere quod fit in publico ad priuatam vtilitatem, debet satisfari de vitio operis: sed de eo quod ad publicam vtilitatem, nō satisfatur: sed competens iudex pro indemnitate aditur. Bart.**

priuat⁹ auctoritate principis destruere potest. & quōd dixi q̄ potest ædificari in publico: est verū si sine incōmodo cuiusq; id fiat. Subsequēter dicit quōd hīc ædificans debet cauere de vitio operis, si opus minetur ruinā: nō autē de vitio soli. & reddit rationē. sic apparet q̄ quādo priuatus ædificat, est satisfadū. & hoc faciet iudex fieri. Quid autē si ipse iudex iussit opus publicū fieri: & timēt de vitio eius vicini: quid faciet? & certē adeāt principem vel præsidē prouinciæ, si in prouincia fiat opus: qui prohibebunt id opus fieri. vel si iā erat factū, tolli iubebunt. Vltimō reuertitur ad princi. l. dicēs: quod dictū est fore cauendū ab ædificāte in publico de vitio operis: & damnū quod inde cōtingeret, esse præstādū: est verū siue cōtingat dānū cū ædificatur, siue post. [A D I C I T V R.] Cū quis promittit de dāno infecto, debet promittere per se & per heredes suos seu successores emendatū iri damnum. qui autē contineātur sub hoc vocabulo successores: subsequēter dicit. [S E D V T N E O P E R I S.] Si timeo damnum ex vitio operis tui vel loci, debes mihi promittere de damno infecto: non autem satisfare. Secundō dicit q̄ hoc est intelligendum de vitio operis contingente ex vetustate. Idem de vitio loci. Quid enim si habeo solum arenosum vel palustre quod minatur ruinam: nūquid debeo cauere? certē non: quia naturale vitium est. [H Æ C S T I P V L A T I O.] Nomine domus tuæ promissisti mihi de damno infecto. nunquid teneris quocunque modo mihi damnum datum fuerit occasione domus tuæ? certē si damnum mihi datur ex vitio operis, teneris. sed si datur casu, vt si terremotu vel vi fluminis cecidit domus tua, vel pars eius supra meam: nō teneris. Sed pone quōd regulæ siue cupi domus tuæ ceciderunt supra meam, & sic damnum habeo: nūquid teneris ac si casu, vt per violentiam? & certē si vitio ædificij id contingit, teneris: si vi ventorum ceciderunt, non teneris. & hoc dixit Seruius. & Labeo etiam istud dictū confirmat: & rationem subdit, quod enim & c. Item pone quōd ex multitudine aquæ superueniētis domus tua cecidit supra meam: & sic mea oppressa incontinenti cecidit. nunquid teneris ex stipula. damni infecti? vt fuit de facto. nam quædam aqua quæ appellatur Auesea, ita vna die creuit quōd multæ domus ceciderunt. & certē non: quia non vitio soli nec operis datum est mihi damnum. Sed pone quōd aqua vitiauit fundamētum domus tuæ: tādē aliquo tempore elapso, intra quod bene poteris iuuare domum tuam ne caderet, cecidit domus tua supra meā. nūquid teneris? & respondet q̄ sic. nam ex vitio domus tuæ passus sum dānum multum. nec refert an incontinenti cecidit: an postquam vitiatum sunt fundamenta. & adducit simile de Aquilia. [Q V A M Q V A M.] Promissisti de damno infecto. si vitio operis datur dānū,

C iij

c) Infero ex hac gl. quōd cautio dāni infecti potest præstari pro parte domus de quib in. l. si cōmunes & ibi Bar. in. l. not. s. de negot. gest. cōlimitabis si domus est plurū. secus si vnus, secundū Bart. ibi s. per istū text.

n) Nisi insolidum. quia diuisionem hæc res nō recipit. R. vt arg. j. iud. sol. l. ex clausula.

o) In possessionem. totarū ædiū, cū vnus est domin⁹, & tota minatur ruinā: vt hīc, & s. e. si finita. §. ex hoc edicto. si autē plures sint domini, fit missio in partē nō cauetis: vt. s. cōmu. diui. si quis putans. §. si damni. & de negot. gest. si cōmunes. & s. eo. prætoris. §. j. & j. eo. l. plures. in fi. & s. vt in poss. leg. l. is cui. §. si ex duobus. quæ sunt contra.

**F** luminum.] **CASVS.** Vsum fluminum publicorū est communis, sicut vsum viæ publicæ: & litorum fluminis communis est vsum. Secundō quæritur, an in his publicis possit quis ædificare? & certē auctoritate præcipis potest. Itē opus in publico factū



teneris. & hoc est verum quando tu vel alius nomine tuo fecerit opus. sed si opus factum est te nolente, & te prohibere non valente: tunc si vitio operis talis datur mihi damnū, nō teneris. [P R A E T E R E A.] Si habebas furnum, & nomine eius promisti de damno infecto, & culpa furnarij dedit mihi damnū: non teneris. Se cūdo dicit, vbi cumque est promissum de damno infecto, & damnū sit datum casu fortuito cui nulla ope potest occurri: promissor non tenetur. & de hoc habuimus plura exempla. §. ea. l. §. hęc stipulatio.

[ITEM APVD VI VIANVM.] Nōmine agri & arborum in eo existentium promisti mihi de dāno infecto, tandem postea vi tempestatis vel venti arbores agri tui ceciderunt in meum agrum, & dānum mihi dederunt in vitibus meis vel segetibus. nunquid teneris? quæritur. & dicitur qđ nō, & reddit rationem. Sed pone quod arbores fundi tui ex vetustate ceciderunt in meum agrum, & damnū mihi tulerunt. tunc teneris. [I D E M A I T.] Nōmine mearum ædiū tibi promisti de damno infe. postea ædes meæ vi tempestatis ceciderunt in domos tuas, & sic domus tuę oppressę ceciderūt. quæritur an teneat tibi emendare damnū: dicitur quod non: quia nullum damnū & c. nisi in casu: vt si ædes meæ erāt adeo debiles quod per minimam tempestatem ceciderunt. nam tūc teneor. postea loquitur Labeo, & reuertitur ad primum casum huius. §. nam quod dictum est ibi quod ego do minus nō teneor si vi tempestatis ceciderūt domus meæ in tuas, verum est si incontinenti ceciderunt. Quid enim si vitiosa factæ sunt propter tempestatem, & postea ex interuallo ceciderunt in tuas? certè tunc teneor quasi ex vitio operis nunc sit datum damnū. [I T E M V I D E A M V S.] Nunc vult dicere quando cōmittatur stipulatio damni infecti. & certè tūc cōmittitur, quando datur damnū vitio ædiū, loci, vel operis. Quid autem erit si puteum foderem in domo mea, & caui tibi de damno infecto: nūc autem cū fodi, venæ putei tui precisæ sunt: quæritur an teneat? & certè nō teneor. Sed pone quod in tantum fodi vt paries tuus stare nō possit: quia totus destructus est. certè non teneor. Franciscus.

**F** Luminum publicorum communis est vsus, a sicuti viarum publicarum, & littorum. b In his c igitur publicè licet cui libet ædificare, & destruere: d dum tamen hoc sine incommodo cuiusquā fiat. propter quod e operis dumtaxat nomine cū satisfatione cauetur, de vitio loci nihil cauetur: hoc est, operis f q quis facit. Cæterum si ex loci vitio damnū timeatur: minimè dicendum est damni infecti stipulationē interponi oportere. Quis enim dubitat neminem esse à quo stipuletur, g cum nemine h nihil faciente. i locus ipse publicus damnū inferat sui natura? Ad ea igitur i opera stipulatio pertinet, k quæcunque priuatim fiant. Quid ergo si publicè opus fiat? de vitio eius l quid faciemus? Et planè vel princeps aduendus est: vel si in prouincia fiat, præses prouinciæ. m Sed quod dictum est, operis vitio: n sic accipiendum est etiam si proponas o non tantum tempore quo opus fit, sed etiam si postea contingat. p Quid enim si ideo quia malè ædificatum erat,

si ædes meæ erāt adeo debiles quod per minimam tempestatem ceciderunt. nam tūc teneor. postea loquitur Labeo, & reuertitur ad primum casum huius. §. nam quod dictum est ibi quod ego do minus nō teneor si vi tempestatis ceciderūt domus meæ in tuas, verum est si incontinenti ceciderunt. Quid enim si vitiosa factæ sunt propter tempestatem, & postea ex interuallo ceciderunt in tuas? certè tunc teneor quasi ex vitio operis nunc sit datum damnū. [I T E M V I D E A M V S.] Nunc vult dicere quando cōmittatur stipulatio damni infecti. & certè tūc cōmittitur, quando datur damnū vitio ædiū, loci, vel operis. Quid autem erit si puteum foderem in domo mea, & caui tibi de damno infecto: nūc autem cū fodi, venæ putei tui precisæ sunt: quæritur an teneat? & certè nō teneor. Sed pone quod in tantum fodi vt paries tuus stare nō possit: quia totus destructus est. certè non teneor. Franciscus.

**a** vsus. nō proprietas nisi littorū maris. nam flumina sunt publica: vt instituit de re. diui. §. flumina. rerum enim quædam sunt cōmunes, quædam publicæ: vt instituit de re. diui. §. j. & §. de re. diui. l. ij. iij. & v. vbi plenè dixi. Accursus.

**b** Littorum. semper repete, communis est vsus. & dic, littorū fluminis. nam de littore maris non est dubium: quia etiam proprietas est communis.

**c** in his. scilicet publicis prædictis: & quod dicit publicè exponere. i. publica auctoritate habita à principe vel à senatu: vt infra ne quid in loco publi. l. ij. §. si quis à principe. & §. de fluminibus. l. quod minus. & tunc ædificatū eius est cuius est solum, id est publicum. ipse tamē tantum vtetur si hoc actum fuerit in concedēdo, licet secus esset in communibus: vt §. de acquir. re. do. quod in littore. & l. seq. vel dic publicè, id est ad publicam vtilitatem. aliās non licet: imò cogeret demoliri per specialia interdicta: vt §. de fluminibus. & ne quid in flum. pub. & his similibus.

**d** Destruere. quod nocet. R.

**e** Propter quod. quia communis est vsus, non cauet de vitio soli: & quia sine incommodo debet facere, cauet de operis vitio: & sic propter hæc duo de vitio operis tantum cauet: & hoc dicit propter quod. i. propter vtrumque.

XXIII. I D E M libro octogesimo primo ad Edictum.

**f** Operis. hoc non ad proximi sed ad superius refertur. **g** Stipuletur. id est stipulari possit ille qui damnū veretur. **h** Nemine. abundat vna negatio. \* sic. §. de adquiren. pos. qui pignoris. & in auth. de his qui ingre. ad ap. §. si verò neuter. col. v. & §. de verb. obli. l. j. §. si quis ita. & in auth. de here. & Fal. §. inordinatum. col. j. & C. de fer. fug. l. j. Sed argu. contra infra de verb. sig. l. duobus.

**i** Igitur. suppletiuè lege: vel etiā illatiuè, ita satisfactio interponitur ex hoc edicto, ergo per iudicē: ergo cū iudex iussit opus fieri, non est per quē interponatur: & hoc est, ad ea igitur opera quæ priuatim nō quæ publicè. Azo.

**k** Stipulatio pertinet. soli & ædificij, prout legis igitur, illatiuè: vel lege suppletiuè: vt dixi.

**l** De vitio eius. s. soli.

**m** Prouincia. vt ibi fieri prohibeat, vel tolli iubeat: cū etiam si id in his locis fiat quod alicui noceat, de loco publi. sit interdictū positū: vt. §. ne quid in loco pub. l. j. & ij. & §. titu. j. l. j. §. j. & facit. §. eod. si finita. §. si publicus. Sed contra in ea. l. §. siue autem. sed illud de vitio operis accipe quod debet satisfari.

**n** Vitio. esse cauēdū. R.

**o** Si proponas. damnū timeri, vel dari. R.

**p** Contingat. quia retro datum videtur: vt. §. e. dāni. §. Sabini. & arg. §. de lib. cau. l. fi. ij. respo.

**q** Corruit. postea in ædes vicinas. Accursus.

**r** Adicitur in hac stipulatione. quæ pro vitio operis interponitur. & fa. §. titu. j. l. non solum. §. fin.

**s** Dominiū. No. successoris appellatione etiā in rem successor intelligitur: vt. §. de iureiu. l. etiā si in rem. & §. quo. leg. l. j. §. illud. Sed arg. contra. §. de eden. quædā. §. is autē. & §. v. usufr. quædā. ca. l. omnes. §. fi. Sed nūquid si hi successores ædificauerūt, & vitio illius operis damnū sit illatū, tenebuntur? Respon. quidā quod sic: vt ar. §. tit. j. l. fi. & sic secundū eos ambulat actio & obligatio de vno in aliū: vt & pro eis. §. de usufr. l. adhuc. §. si operas. & §. tit. j. si terti. §. si quos. & §. fami. er. l. in iudicio. Sed tu dic secundū Or. nō teneri successorē in rem: sed propter opus ab eo factum tenebitur qui primo promisit: vt. §. de ser. expor. l. Titius. & §. eod. dāni. §. emptor. & de hoc etiam dixi. §. eo. si quis missum. §. fin.

**t** Sed vt ne. aliās nec: aliās ne, pro non, & quod dicit operis, subaudi tantum, & loci tantum & ædiū: quod vtrumque prædictorum continet: vt. §. eo. inter fructuarium. & sic loquitur quando in priuato fit: quia tūc pro his omnibus satisfatur: vt. §. ea. l. §. pen. & quod subiicit factum, sic expone. i. remaneat apud illum cui datum est. sic. §. de iudi. l. Iulianus. Item quod dicit, sine satisfatione, intellige cum in proprio suo priuato loco fit. nam si in alieno, licet priuato, satisfatur: vt supra eo. prætor. & hoc secundum Io. & sic amodo de priuato dicit hic & seq. §. sed Azo facit loqui de publico: & quod dicit in prin. loci, exponit. i. vitio illato ex opere in loco. & non habet infra sine: quia bene debet satisfactio interponi: vt supra eo. l. in prin.

**u** Vitium. pro quo hæc cautio interponitur.

**x** Et loci. non veniens ex opere.

**y** Extrinsecus. i. non ex natura loci: vt quia palustris vel arenosus: sed ex defectu, & plerumque vetustate: vt infra ead. l. §. itē apud Viuanum. in fin.

**z** Eas. ædes.

**a** Denique. nunc de solo tantum. Sed quid si quis fecit opus in loco arenoso, ex quo opere vel solo iam damnū timetur? Respo. fortè locum habebit hæc cautio: vt. §. proximi. §. no. & §. Sernius.

ajimò magis negat. August. lib. 2. c. men. cap. 2.

bj Concor. text. in fi. de test. lib. 6. sed in dubio intelligitur de vniuersali, nisi esset in dispositione adiectū verbum, quibus cumque. vt not Alex. ple ne in l. quædam. §. nihil col. i. ff. de eden.

† In archetyp. fauente minus rectè. Taurellus. At Antonius Aug. legit faciente, & ait hic esse Græcā phrasim ob plurium negationum concursum, libro. 3. E. mend. c. i.

Quia



Vitio naturali parcedum est.

**a** Quia si naturale. no. parci vitio naturali. sic. j. tit. j. l. j. §. hęc autem cautio. in fi. §. & §. idem aiunt si aqua. & §. itē sciendum. Sed ar. cōtra. §. ad. l. Aquil. si seruus seruū. §. si fornacarius. & in athen. de restitu. & ea quę parit in. xj. §. vnum. col. iij.

**b** Committetur. sic supra de leg. j. si legati.

**c** Iniuria. id est vitio. sic ponitur insti. si quadru. pau. fe. di. §. pauperies. vel dic secundū R. iniuria. i. non iure vel culpa. culpa autem tua ruinam factam dico, si cū pręuideres, vel pręuiderere posses domum ruituram, non curasti quo minus ruina stipulatori noceret.

**d** Dato. scilicet casu fortuito, vt subiicit.

**e** Fortuito. qui non potuit pręuideri: aliās secus: vt. §. e. tit. l. qui bona. §. cum inter. & facit §. prox. §. & quod ibi dixi. & §. e. sequenti. §.

**f** Violentia. sola. R.

**g** Et rationem. non solum superiorē sententiam confirmat: sed etiā rationem subdit.

**h** Nō admittatur. f. non teneri promissorem de casuali damno. R.

**i** Possit. ita quod non lædatur, & lædat: vt. §. eo. damni. in prin. & §. loca. & condu. l. ex cōducto. §. si vis.

**k** Cōtrouersa. i. impet.

**l** Insulam. cuius nomine damni infecti erat promissum. R.

**m** Deinde. f. subito.

**n** Ceciderint. propter ruinā aliarū quarū nomine erat promissum.

**o** Fundamenta. paulatim. Azo.

**p** Ruiset. scilicet post ex interuallo, vt pręuideri ruina possit, & aduersus eam prospici.

**q** Alioquin. i. aliās.

**r** Protinus. hęc nihil potest promissori imputari: quia ruinam euitare non potuit. Ro.

**s** Antē sit. ita q̄ poterat iuari. & ad hoc. §. de neg. gest. diuortio. circa prin. Accursius.

**t** Sanum. qui tenetur quanti valuit in anno proximo retro.

**u** Factum imbecilliorum. qui pręstabit quāti plurimi fuerit à die quo vitia excessit in anno retro. & ita si duo mortiferē diuersis temporibus vulnerauerint aliquē: cuiuslibet sit computatio ex die vulneris sui: vnde plus in vnius æstimatione poterit esse, quā alterius: vt. §. ad. l. Aquil. l. ita vulneratus. §. æstimatione. & ad idem. l. qua actione. §. sed & si quis. eo. tit. ad. l. Aquil. sed caue tibi: quia non est per omnia bonum simile, cū. f. nullo modo teneatur si protinus cadat: hęc. i. in. l. Aquil. sic, licet diuersimodē: vt. d. ll. §. ad. l. Aquil. quę vt contrarię ponuntur. Iterū hęc habetur respectus retro. j. certum tempus. §. tempus dati damni.

**x** Nō potuit. de iure, vel de facto: vt. §. de noxa. in delictis. in prin. & §. loca. si fundus. & l. seq. & l. sed & de damno. & j. de re iud. s̄ape. §. cur autem.

palustris loci vel arenosi nomine quasi vitiosi committi stipulationem: quia naturale vitium est: & ideo nec ea stipulatio interponitur: neque interposita committetur. **b** Hęc stipulatio vtrum id solum damnum contineat quod iniuria fit: an verò omne damnum quod extrinsecus contingat? Et Labeo quidem scribit de damno dato **d** non posse agi, si quid fortē terræmotu aut vi fluminis aliōve quo casu fortuito **e** acciderit. Seruius quoque putat, si ex ædibus promissoris vento regulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri, si ædificij vitio id acciderit non si violentia **f** ventorum, vel qua alia ratione quę vim habet diuinam. Labeo & rationem **g** adicit, quā **\*** si hoc non admittatur, **h** iniquum est. Quod enim tam firmum ædificium est, vt fluminis, aut maris, aut tempestatis aut ruinæ, aut incendij, aut terræmotus vim sustinere possit? Idem Seruius putat, si controuersa **k** aquæ insulam **l** subuertent, deinde **m** stipulatoris ædificia ceciderint, **n** nihil eum ex stipulatu consecuturum: quia id nec operis nec loci vitio factum est. Si autem aqua vitiaisset fundamenta, **o** & sic ædificium ruisset: **p** committi stipulationem ait. multū enim interesse, quod erat alioquin **q** firmum, vi fluminis lapsus sit protinus, **r** an verò antē sit **t** vitiatum, deinde sic deciderit: & ita Labeo probat. etenim multum interesse (quod ad Aquiliam pertinet) sanum **u** quis hominem occidat, an verò factum **u** imbecilliorum.

**Supra exposuit quid est dictum vitium soli: nunc quid est dictum vitium operis, hoc est à quo dicitur esse factum opus, vt stipulatio committatur. Bartolus.**

Quamquam autem stipulatio committitur, cū vitio operis

**y** Nomine fecerit. & ratum sit habitum, non aliter. Azo.

**z** Promissum est. ab aliquibus suis amicis.

**a** Præterea si furni. id est pro damno contingente vitio furni: & sub. tantum nomine furni, secundum Io.

**b** Furnarij. quādo aliquis aliquid operatur in suo, & inde damnum datur vicino: distingue: aut facit non animo nocendi: & tūc non tenetur, nec committitur stipulatio: nec non interposita interponet. Aut animo nocēdi: & tunc sic, vel aliter an operaris in tuo aliquid, immittendo in prædium vicini: vt furnum: quod non licet: vt. l. sicuti. §. Aristo. §. si serui. vind. an non immittendo: & tunc non tenetur, bono animo faciat vel non: vt hęc. Nec ob. j. de aqua plu. ar. l. j. §. denique, quia illud est verū quātum ad illū tractatū: & in multis differt ille ab isto. fallit hoc vbi fodis iuxta parietem meū magis quā possis: quod non licet. Vel breuius verum est q̄ quicquid feceris in tuo, nō teneris mihi per hoc editum: nec committitur stipulatio: nec non interposita interponetur: sed teneris de dolo: vt §. de dolo. l. rem quandam venalem.

damnum factum sit: tamen si opus factum est ab eo quem promissor prohibere non potuit, stipulatio non committetur. Planē si prohibere potuit, committetur. Sed si quis promissoris nomine fecerit, **7** vel eius pro quo promissum **z** est, aut alius qui prohiberi potuerit: stipulatio ista committetur. Præterea si furni **a** nomine damni infecti fuerit cautū, deinde furnarij **b** culpa **c** damnum datum fuerit: non venire **d** in hanc stipulationem plerisque videtur. Cassius quoque scribit quod contra ea **e** damnum datum est, cui **f** nulla ope occurrere poterit stipulationem non tenere. **g**

**Hic reuertitur ad declarationē istius verbi, vitium loci. hoc dicit. Bart. Et hoc intendit: Hęc stipulatio damni infecti habet locū quando res suo vitio damnū dat: secus est si aliqua vi exteriori illa res deiecta damnum dederit. hoc dicit.**

tem voluntas exigitur: ne dominus ignorans iniuriam accipiat. Nullam enim potest videri iniuriam accipere, qui semel voluit. Non autem solius eius ad quem ius aquæ pertinebit, voluntas exigitur in aquæ cessione: sed etiã domini locorum, etsi dominus vti ea aqua nõ possit: quia recidere ius in solidum ad eum potest. **u**

X. VLP IANVS libro quinquagesimo tertio ad Edictum.

**SI** autem plures sint eiusdem loci domini vnde aqua ducitur: omnium voluntatem esse sequendam non ambigitur. Iniquum enim visum est, voluntatem vnius ex modica fortè portiuncula domini, præiudicium sociis facere. An tamen subsequi voluntas possit, videamus. Et placet nihil interesse vtrum præcedat voluntas aquæ ductionem, an subsequatur: quia & posteriorem voluntatem prætor tueri debet.

**Propter priuatorum commodum non debet communi vtilitati præiudicari. Paulus.**

Si flumen nauigabile sit, non oportere prætorē concedere ductionem ex eo fieri Labeo ait, quæ flumē minus nauigabile efficiat. Idemque est & si per hoc aliud flumen fiat nauigabile. **c**

tibi concedant: confirmatur. [SI FLUMEN.] Ex fluminē nauigabili non potest prætor nec aliquis alius concedere alicui ius aquæ ducendæ: quia flumen & c. Idem est & si flumen istud decurrens in aliud flumen faciat illud nauigabile.

**x** Omnium. No. quia quod omnes & c. vt no. §. eo. l. in concedendo. Sed arg. contra. j. de regu. iur. l. aliud. §. refertur. & j. ad municip. l. quod maior. ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide per Dy. in c. quod omnes. de reg. iur. lib. vj. & extra de consti. ca. cum accessissent. & ibi glo. & Inno.

**y** Modica. id est & si maximam partem habet. & ideo dicit, fortè & c.

**z** Interesse. sic C. de pac. l. petens. & §. de iurisd. omn. iud. l. si quis id. §. quod si dum proponitur. Sed argu. contra. §. de adqui. here. l. si quis mihi bona. §. iussum. & instit. de aucto. ritate tutor. §. tutor. Item not. quod ab initio non tenet, postmodum confirmatur. & sic est argu. contra. j. de re. iur. l. quod ab initio. ADDITIO. Pro solu. huius contrarij vide per Dyn. in cap. non firmatur. de reg. iur. lib. vj.

**a** Posteriorem. vt valeat ex tempore vltimæ confirmationis: vt. §. comunia prædio. l. fi. & §. de serui. rusti. prædio. l. per fundum. & argu. §. de offi. procon. l. obseruare. §. fina.

**b** Prætorē. quare dicit de prætorē, cum solus princeps vel senatus concedat: vt. j. eo. l. quod principis. & §. de flumini. l. quo minus: Respon. large ponitur prætor pro principe, vel senatu, ex eo quod præfertur aliis, vel ex eo quod præter alios sibi vindicat priuilegium. sic. §. de offi. præ. l. j. vel dic proprie. nec enim ibi dicit quod teneat concessio.

**c** Nauigabile. huius adiunctione.

**SPRAITER.] CASVS.** Habebam ius itineris per fundum tuum. Si tu vis in itinere ducere aquam: & supra iter vis facere arcum

**p** In aqua. i. seruitus.

**q** Dimini locorum. vt & §. l. proximi.

**r** Etsi. id est quauis.

**f** Dominus. scilicet loci vnde aqua oritur.

**r** Possit. puta quia alius habet vsufr. & subaudiās hic tamen eius voluntas exigitur.

**u** Potest. inspicitur ergo quod potest euenire. sic. §. vsufr. quemad. ca. l. si vsusfructus nomine. in principi. & C. de pactis. l. j. & Co. comunia de leg. l. fin. §. sin autem. sed & si non recedat, similiter potest illud dominus prohibere: quia quantum ad illum nullam debet seruitutem. arg. §. si serui. vindic. l. loci. §. competit.

**SI autem.] CASVS.** Plures erant domini fundi in quo aqua oriebatur. si tu vis habere ius aquam ducendi ex fundo isto: debes habere cõsensum omnium dominorum. Sed pone quod quidam ex dominis cõcesserunt tibi ius aquæ ducendæ, & tu dixisti. Dicitur quod non tenuit hæc concessio. si tamē alij domini postea

maior. §. ad municipi. & plenius in at leg. §. sed hodie. refert & sequit Roma. in singulis. in ver. consensus. verficu. vbi cunctis cõsensu ad quod facit quod no. Spe l. tit. de syndico. verfic. quid si vn? & Bal. in sua marg. in ver. cõsensu. verfic. i.

No. ex ista l. quod omnium consensus est requisitus quorum iuri in aliquo detrahit. Cõcor. in can. nullus. & ibi glo. §. di. & concor. tex. & hoc vult. expresse in l. si autem. j. eod. Adde tu ad hanc materiam, quod notat in alleg. l. si quando in apost. in ver. non ambigitur. a) Istam glo. sequitur Bar. hic.

Adde tu ad hoc dictum quod quando plurium cõsensu requiritur, qd temp debet simul & vnice præstari: maxime si potest præiudicari tertio. textus est in g. in. l. & flum. §. hodie. §. de pac. secundum Bar. in lege omnes populi. in q. 2. princ. col. 8. ver. i. tertio dixi. omnes & ibi Ang. supra de iust. & iur. & ad hoc allegat istu textu. vide etiã Alex. col. 4. & in l. quod maior. §. ad municipi. & plenius in at leg. §. sed hodie. refert & sequit Roma. in singulis. in ver. consensus. verficu. vbi cunctis cõsensu ad quod facit quod no. Spe l. tit. de syndico. verfic. quid si vn? & Bal. in sua marg. in ver. cõsensu. verfic. i.



per quem vadam. Dicitur quod non potes me inuito: nec etiam ergo possum. Sed pone quod ego volo facere pontem in illo itinere: quia erat ibi malus transitus forte in hyeme. Dicitur quod possum. Sed pone quod habeo ius ducendi aquam per riuu tuum. nunc in illo riuo volo facere specum. i. fossam. Dicitur quod non

possum. & reddit rationem in textu & in glos. **CASSIUS.** Si ex communi fundo aqua mihi noceat: possum agere vel cum vno, vel cum singulis. idem est si ex fundo tuo aqua noceat fundi pluri. nam vel vnus eorum, vel omnes poterunt agere contra te: & vno agente, aliorum actio euanescit. Itē si agam cū vno pluriū dominorum fundi ex quo aqua mihi nocet, & destruxerit opus: ceteri liberantur. iste tamen qui destruxit, expensas quas fecit in destruendo, recuperabit act. communi diuidū. à sociis. [NON VTI-QUE.] Ille qui facit opus, tenetur aquæ plu. ar. acti. Item ille qui mandauit opus fieri: de quo dic vt. s. l. quamuis. in fin. & l. si colonus. in fin. [APVD FEROCEM.] Plures domini fundi erant. vnus fecit opus in fundo aliis ignorantibus, vel non auctorantibus. propter quod opus aqua plu. mihi nocet. quæritur si agam contra eum qui opus non fecit, actio. aquæ plu. arcē. ad quid teneatur? & certe dicit Proculus quod tenetur sua impensa destruere opus: & recuperabit has impensas ab eo qui fecit opus, act. communi diui. sed Ferox iurifconsultus dixit quod ille qui non fecit opus, nec fieri fecit: teneatur tantum præstare patientiam. ille autem qui fecit, tenetur suis impensis destruere. & reddit rationem. [OFFICIUM.] Nunc dicit quod sit officium iudicis cognoscens super hac act. in hoc casu. Pone quod plures erant domini fundi: fundo quorum aqua nocet ex fundo vicini: vel ex fundo quorum propter opus quod est ibi factum, aqua nocet vicino. nunc agitur contra vnum dominorum actio. aquæ plu. arcen. nūquid tenebitur in solidum etiam eius damni quod post litem cōtest. accidit? Et videtur quod sic: sicut vnus ex dominis tenetur in solidū noxali ex delicto serui communis. & quicquid præstabit, recuperabit à sociis act. communi diuid. Item videtur quod teneatur tantum pro parte sua: sicut video in act. damni infecti. nam si plures erant domini fundi vel domus ex quo vel ex qua timeo damnum: si agam contra vnam, non tenetur nisi pro parte sua. Vltimò soluit, & dicit quod idē est seruandum in quæstione prædicta, quod dictum est in act. damni infecti. f. quod teneatur pro parte. Sed quid erit in alio casu: vt si fundo plurium aqua noceat ex fundo vicini: an vnus ex dominis agat in solidū? Et dicitur quod sic: dum tamen damni quod post litem contesta. accidit, condemnatio pro parte fiat. [SI EX PRIVATO.] Ego & tu habebamus fundum communem. Item tu habes fundum proprium ibi iuxta, ex quo fundo tuo proprio aqua nocet fundo communi. quæritur an possim agere pro parte mea. Trebatius autē dicit, quod si propter opus manu factum à te in fundo tuo proprio, aqua nocet communi: tunc agam vt destruas illud opus. si autē vi fluminis aqua aliter fluat ex fundo tuo proprio in communem: tunc ad patientiam tantū præstandam teneris. Francif.

[NON VTI-QUE.]

Ille qui facit opus, tenetur aquæ plu. ar. acti. Item ille qui mandauit opus fieri: de quo dic vt. s. l. quamuis. in fin. & l. si colonus. in fin. [APVD FEROCEM.] Plures domini fundi erant. vnus fecit opus in fundo aliis ignorantibus, vel non auctorantibus. propter quod opus aqua plu. mihi nocet. quæritur si agam contra eum qui opus non fecit, actio. aquæ plu. arcē. ad quid teneatur? & certe dicit Proculus quod tenetur sua impensa destruere opus: & recuperabit has impensas ab eo qui fecit opus, act. communi diui. sed Ferox iurifconsultus dixit quod ille qui non fecit opus, nec fieri fecit: teneatur tantum præstare patientiam. ille autem qui fecit, tenetur suis impensis destruere. & reddit rationem. [OFFICIUM.] Nunc dicit quod sit officium iudicis cognoscens super hac act. in hoc casu. Pone quod plures erant domini fundi: fundo quorum aqua nocet ex fundo vicini: vel ex fundo quorum propter opus quod est ibi factum, aqua nocet vicino. nunc agitur contra vnum dominorum actio. aquæ plu. arcen. nūquid tenebitur in solidum etiam eius damni quod post litem cōtest. accidit? Et videtur quod sic: sicut vnus ex dominis tenetur in solidū noxali ex delicto serui communis. & quicquid præstabit, recuperabit à sociis act. communi diuid. Item videtur quod teneatur tantum pro parte sua: sicut video in act. damni infecti. nam si plures erant domini fundi vel domus ex quo vel ex qua timeo damnum: si agam contra vnam, non tenetur nisi pro parte sua. Vltimò soluit, & dicit quod idē est seruandum in quæstione prædicta, quod dictum est in act. damni infecti. f. quod teneatur pro parte. Sed quid erit in alio casu: vt si fundo plurium aqua noceat ex fundo vicini: an vnus ex dominis agat in solidū? Et dicitur quod sic: dum tamen damni quod post litem contesta. accidit, condemnatio pro parte fiat. [SI EX PRIVATO.] Ego & tu habebamus fundum communem. Item tu habes fundum proprium ibi iuxta, ex quo fundo tuo proprio aqua nocet fundo communi. quæritur an possim agere pro parte mea. Trebatius autē dicit, quod si propter opus manu factum à te in fundo tuo proprio, aqua nocet communi: tunc agam vt destruas illud opus. si autē vi fluminis aqua aliter fluat ex fundo tuo proprio in communem: tunc ad patientiam tantū præstandam teneris. Francif.

**a** *Supra iter alie.* i. supra locum vbi quis habet itineris seruitutē.

**b** *Non iure fiet.* à domino proprietatis, inuito illo cui debetur seruitus itineris. sic. s. de vsuf. sed & si quid inædificauerit. §. fin. & s. e. l. in cōcedendo. vel verius ab eo cui debetur seruitus itineris.

**c** *Debetur.* extruet: quia nec iure fieri, nec factus retineri iuste potest. R.

**d** *Extruet.* id est, ille cui debetur seruitus itineris, faciet pontem, sicubi destruat via, ita quod aliter ea vti non potest: vt & j. de iti. actūque pri. l. inde. a §. fi. & s. de ser. vrb. prædio. l. seruitutes. §. si domo. & s. si ser. vin. l. loci. §. si quis. & l. si forte. in princip. Alij exponunt principiū, supra iter alienum. f. constitutum causa ducendi aquā. q. d. super aquæ ductum alienū nō potest facere arcū, cū turbaret aquam: ar. j. de aqua quoti. & asti. l. hoc iure. §. fin. & s. de ser. rusti. prædio. l. Quintus. Sed pontem quā is possit ire, facere poterit: & hoc subiicit hic, sed pontem & c.

**e** *Specum.* Specus dicitur altus locus super terram per quem du-

citur aqua: vt. j. de riuis. l. j. §. specus. hīc autem ponitur pro fossa qua colligitur aqua, & est ampla & rotunda. cuniculus verò est riuus directus coopertus. dic ergo quod ille cui debetur seruitus aquæ ducendæ per riuum, potest facere cuniculum, id est de aperto riuo coopertum: & econtra: nisi si quam maiorem vtilitatem suam aduersarius ostendat & c. vt. j. de riuis. l. j. in fin. & l. La- beo. sed specum non: quia in tali fouea facta in riuo aqua corrupitur, & manet ibi, & siccat riuum. aliàs, manabit: & tunc subaudi, & per aliquod tempus manebit ibi, & postea manebit, & sic corrupetur & purefiet: & idē specum facere nō licet, secundum Hugo. tu dic, nec cuniculum licet facere, id est ex aperto coopertum, vel econtra: nisi in constituenda seruitute hoc esset dictum. & sic intellige dictas leges. j. de riuis. l. j. §. fin. & l. La-

Cuniculus quid sit.

**ribus agere cū vno vel cū singulis separatim, vel singuli cū singulis: & econuerso. & vnus solutione, aliorū actio perimitur: licet soluti cōtra ceteros succurratur. Bar.**

Cassius ait, siue ex cōmuni fundo, siue cōmuni aqua noceat: vel vnum cū vno agere posse, vel vnū separatim cū singulis, vel separatim singulos cū vno, vel singulos cū singulis. Si vnus egerit, & restitutio operis, litisque æstimatio facta sit: ceterorum actionē euanescere. Itē si cū vno actū sit, & is præstiterit, ceteros liberari: idq; quod sociorū nomine datum sit, per arbitrum.

Item quod dicit, manabit: expone quia fossa repletur aqua, & manat aqua vndique, id est circa ipsam fossam: & labitur in terram, & non per riuum, vt olim. corrupitur tamen aqua ex ea quæ est in fossa, & riuus siccat: sed per cuniculum non siccat: nec tamen illum licet facere: vt dixi. In hoc ergo est differentia inter specum & cuniculum: quia alterum. f. cuniculus, non siccat aquam: alterum. f. specus, sic. neutrum tamen licet facere: vt dictū est. & facit. j. ne quid in loco publico. l. i. §. tractatum.

Specus & cuniculus differunt.

**f** *Sub riuo.* id est in riuo.

**g** *Agat.* id est faciat ille cui seruitus debetur.

**h** *Corrupetur.* in loco seruiēti: vel dic, in loco cui seruitur. Acc.

**i** *Suffosso.* id est fossa huiusmodi facta, quam supra appellauit specum. Accur.

**k** *Aqua.* quæ ducitur per riuum.

**l** *Manabit.* aliàs manebit.

**m** *Siccabitur.* à fouea in terra.

**n** *Siue communi.* f. fundo aqua noceat & c. Alij habent siue ex cōmuni aqua noceatur: & tunc subaudi, fundo plurium.

**o** *Vel vnum.* f. eorum quorum fundo nocetur.

**p** *Cum vno.* f. eorum quorum fundo aqua nocet.

**q** *Cum singulis.* nocentis fundi. f. dominis. R.

**r** *Separatim.* scilicet quorum fundo aqua nocet. R.

**s** *Vel singulos.* cum plurium sit vterque fundus. R. nunquid ergo separatim potest fieri operis restitutio? Respond. non: vt subiicit. & semper accipe hīc agi in solidum. Item nota actionem hanc concurrere cum communi diui. vt. s. e. l. si tertius. §. versa vice. secus in damno infecto: vt. s. tit. j. l. si ædibus.

Aquæ pluuiæ arcen. actio cū cōmuni diui, concurret.

**t** *Si vnus.* ex sociis communis fundi cui nocetur.

**u** *Restitutio.* id est destructio.

**x** *Operis.* scilicet totius.

**y** *Æstimatio.* i. damni pro sua parte. ad plus enim non potest: vt. s. e. l. si tertius. §. j. & j. ea. l. §. quod si is fundus. Sed cur ergo tollitur actio ceteris? Respon. pro opere ideo, quia iam destructum est. pro damno præterito. i. pro eo quod contigit antequam ille socius qui nunc agit, litem contestaretur, non agit: quia non venit in hanc actionem: vt. s. e. l. j. §. hęc autem actio. & l. si tertius. §. officium. & j. e. l. Atteius. §. in hoc. pro futuro non agat, quia lis contestari non potest principali actione sublata, quæ datur pro destructione operis. nam per iudicis præstatur officium, scilicet damnum: quod. f. officium cessat sublata actione principali: vt C. de pos. l. si deposita. cum vero opus non restituitur, agere vno æstimatur quod sua interest: vt. s. e. l. si tertius. in fin. de interesse sociorum non fit æstimatio: ideoque non impediatur postea eorum actio: vt. j. ea. l. §. officium. & s. si seruitus vin. l. loci. §. si fundus. ad interdictum ergo quod vi aut clam, recurritur pro illo damno præterito: vt. j. e. l. Atteius. §. in hoc. versi. de eo. Accur.

**z** *Ceterorum.* scilicet sociorum.

**a** *Præstiterit.* id est opus restituerit.

**b** *Liberari.* huic & superiori dicto est contra. s. eo. l. si tertius. §. j. & j. ea. l. §. officium. sed in vtraque est eadem sol. Accur.

**c** *Datum sit.* i. opus destructum, & in eo destruendo impensum, hoc quidem non potuit pro parte expediri, & ideo cōmuni diui. repletur:

\* specum.

\* flo. siccat.

\* flo. & s.

a] vnde.

Specus quid dicitur.



repetitur : vt subiicit. aliàs si de damno diceret: ad id quilibet pro parte teneretur : vt dicta. l. si tertius. §. j. & ideo neg. gest. actione repeteret, qui totum soluisse : vt. §. communi diuid. l. si quis putans. §. siue autem. & ecòtra quod vnus accepit, puta ipsum opus destruendum in quo impendit, cum forte reus tenebatur ad patientiã tantum, vel æstimationem damni neg. gesto. vel communicabitur communi diui. iudicio : vt. §. de noxa. l. si in re communi. & d. l. si quis putans. §. siue. Alij dicunt, etiam damnum totum hic vni restitutum, sed ex voluntate. nec enim potuit cogi reus : vt in hac. l. §. officium. & communicabitur neg. gest. iudicio.

**Ille socius qui non facit opus: conuenitur ad patientiam tantum, non ad impensam.**

Apud Ferocem Proculus ait, si cum vno dominorum actum sit, qui opus non fecerit, debere eum opus restituere f sua impen-  
 a Ex sociis. aliàs, à sociis.  
 b Cuius. subaudi tantum.  
 c Nec. subaudi quia.  
 d Auctor. da exemplum §. eo. l. quamquam. in fi. & l. si colonus. in fi.  
 e Non fecerit. nec auctor fuerit.  
 f Restituere. id est destruere.  
 g Actionem habet. l. ad repetendum quod eo nomine fuerit præstitum.  
 h Sibi. Feroci.  
 i Placere. scilicet ait.  
 k Actor id patiatur. vt patientia ei tantum præsteretur ab illo qui conuenitur, & nõ fecit opus, nec auctor fuit. Accur. l. fecit. scilicet opus.  
 m Restituere. id est destruere, scilicet sua impensa.

**Vnus ex pluribus dominis siue agat siue conueniatur hac actione, pro parte sua tantum condemnatur, si ei condemnatio fiat. Bartolus.**

Officium o autem iudicis inter duos accepti, p quale futurum sit, dubitare se Iulianus ait : si forte vnus fundus q fuerit, cui aqua noceat : si verò in quo opus factum, sit plurium, & cum vno eorum agatur : vtrum & eius damni nomine, quod post litem contestatam datum sit, & operis non restituti in solidum r condemnatio fieri debeat, quemadmodum cum serui communis nomine noxali iudicio cum vno agitur, condemnatio in solidum fiet : quoniam f quod præstiterit, potest à socio recipere : an verò is cum quo agitur, pro parte sua & damni dati & operis non restituti nomine damnandus sit : vt in actione t damni infecti sit, cum eius prædij ex quo damnum metuatur, plures domini sint, & cum

quodammodo communis : & ad indiuiduũ, quo ad solutionem : vt. j. proximi. §. secundum Bar.

**ADDITIO.** Solue alter secundum Bart. quod imò non conuenitur propterea quia actionem habeat: sed repellitur à cautione postulanda, quia habet actionem ordinariam.

**o Officium.** super hac actione.  
**p Accepti.** litem coram eo contestado. vel dic accepti. i. delegati.  
**q Vnius fundus.** quidam habent vnus fundus : alij, vnus fundi. & tunc subaudi ius : alij ius fundi, &c. & est bona. & dic ius. id est dominium.  
**r In solidum fieri.** vt & supra de noxa. l. si seruus communis. & supra si ex noxali cau. agatur. l. si cum vno. Accursius.  
**f Quoniam.** hac ratio in hac actione locum non habet: vt. §. proximi. §. vt in actione. siue dicas de stipulatione damni infecti, verum est quod hinc dicitur : vt. §. tit. j. l. plures. siue de actione quæ ex aoritur : vt. §. tit. j. l. ex damni infecti. §. antepen. & §. pen.

**u Indiuiduum.** vt supra tit. ij. l. stipulatio. §. fin.  
**x Et ipsa.** repete : & licet. Azo.  
**y Pro parte.** scilicet sua : assume arg. quod est infra magisque, &c. & sic soluit. & dic existimat, Iulianus.  
**z Damni infecti.** sic ergo pro parte. & sic est arg. contra. §. ead. l. §. Cassius. & §. de verbo. obli. l. stipulationes nõ di. in princ. sed solui. §. eo. l. si tertius. §. j.

vno eorum agatur : licet opus ex quo damnum futurum sit, indiuiduum u sit : & ipsa x ædes, solùmque earum non possit pro parte y dumtaxat damnum dare : nihilominus eum cum quo agitur, pro sua parte condemnari. Magisque existimat, id seruandum in aqua pluuiæ arcendæ actione, quod in actione damni infecti : z quia vtrubique non de præterito, sed de futuro a damno agitur. Quod si is fundus cui aqua pluuiæ nocet, plurium sit : agere quidem vel b singulos c posse : sed damni quod post litem contestatam datum sit, non amplius parte sua consecuturum. \* Item si opus restitutum d non fuerit : non amplius quàm quod pro parte e eorum interfuerit opus restitui, condemnationem fieri oportet.

**Pro opere manu facto agitur vt destruat: sed pro facto à natura, agitur vt patientiam rescindi præstet. Paul. de Cast.**

Si ex priuato agro f in agrum communem aqua immittatur : § Ofilius ait socium cum eo agere posse. h

**Cogitur quis præcisè ad demolendum: quod patet ex dictione, omnimodo. Bartolus.**

Trebatius existimat, si de eo opere agatur quod manu factum sit: omnimodo † restituendum i id esse ab eo cum quo agitur. Si verò vi fluminis agger k deletus \* sit, aut glareæ iniecta, aut fossa limo repleta : l tunc patientiam dumtaxat præstandam. m

**Vbi hæc actio est in rem scripta, datur contra singularem successorem non simulatam. Bart.**

XII. IDEM libro sextodecimo ad sabinum.

**Emptor † nisi simulata n venditio est,** cæterique successores, vel restituere, si velint, opus factum, vel patientiam præstare debent. nam actori moram suam nocere o debere manifestum est.

alij, donatarius debet tantum patientiam præstare. idem est si legaret. venditor autem vel donator tenetur interdictione quod vi aut clam, vt impensas in destruendo sarciat. & h. d. hæc. l. cum seq. Fr.

**n Simulata.** nam tunc pro nulla debet haberi. d & tenetur venditor ac si non alienasset : vt. §. de contrahen. empt. l. nuda.

**o Nocere.** cur non egit cum eo qui fecit antequam venderet : & habuisset totum, scilicet patientiã & impensam: quam modo habet necesse petere à diuersis : & sic grauatur: vt arg. §. de exerci. l. ij. & de procur. l. non tamen. & de pecul. l. & ancillarum. §. fina. Item magis interest sua non impendere, quàm impendere in destruendo, & postea impensam repetere: vt. §. de compensa. l. ideo. & facit. §. eodem. l. quamquam. §. idem Iulianus. & l. si colonus.

Castius. & §. de verbo. obli. l. stipulationes nõ di. in princ. sed solui. §. eo. l. si tertius. §. j.

**a De futuro.** vt & §. eo. l. Atteius. §. & hoc. & §. de dam. infecti. l. ij. & caute hoc accipe in danno infecti. quo ad stipulationem, sed in hoc etiam quo ad actionem: quia agitur pro damno futuro. i. post litem contestatam contingente.

**b Vel.** pro etiam.

**c Singulos.** vt opus in solidum tollatur. R.

**d Restitutum.** i. destructum.

**e Pro parte.** licet ipsum opus non nisi in solidum restitui possit. R. & facit. §. si ser. vindic. l. loci corpus. §. si fundus.

**f Si ex priuato agro.** vnus sociorum.

**g Immittatur.** vnde timet socius ne det danum huic prædio comuni.

**h Possè.** pro parte : vt supra eo. l. si tertius. §. inde quæritur.

**i Restituendum.** id est destruendum.

**k Agger.** vt sic aqua fluat aliter quàm fluere consueuerit.

**l Repleta.** vt sic aqua nõ fluat vt cõsueuerit. R.

**m Præstandam.** ex æquitate : vt & §. eo. l. ij. §. j. & §. item Varus. & §. apud Namusam. Item hoc quando nihil fecit, aliàs tenetur in totum. vt §. eo. l. si tertius. in princ. quæ est contra.

**Emptor. CASVS.** Si fecisti opus in fundo tuo propter quod aqua plu. mihi nocet : postea vendidisti istum fundum: dicit q emptor nõ tenetur nisi ad patientiam. & hæc sunt vera, nisi emptio fuerit simulata. id est si duo habebant fundum comunem, & vnus eorum fecit in eo opus. nã nõ tenetur alter nisi ad patientiam. postea dicit q qui fecit opus in fundo suo : si donet fundum postea

dissectus: Ang. in. l. si donatio. ne. C. de colla. Itē Ange. & Ale. in. l. r. §. si vir. §. de acqui. here. reputat istum tex sing. de hoc in no. uis interpretat. Bolog.

addit gl. in. l. filios. & ibi Bar. C. de reuo. his que in frau. cre. & in. l. si non verum. C. de dona. inter vir. & vxor. & quæ dicitur simulata vè.

\* singulos confecturum dixit ea forma, quæ apud Gellium lib. i. c. 7. C. Gracchus, Credo ego inimicos meos hoc disturum. nisi malis consecutos legere.

Nota ex isto textu post. Bar. pò derado hæc dictionem, omnimodo, quæ est præcisè : in. cap. cū ex eo. & ibi notauit in apostil. ad Gem. sub ea. di. de ele. li. 6. & c. quæ uis. de pac. e. lib. qd quis in casu pari huius. §. tenetur præcisè ad demolendum.

dissectus: Ang. in. l. si donatio. ne. C. de colla. Itē Ange. & Ale. in. l. r. §. si vir. §. de acqui. here. reputat istum tex sing. de hoc in no. uis interpretat. Bolog.

addit gl. in. l. filios. & ibi Bar. C. de reuo. his que in frau. cre. & in. l. si non verum. C. de dona. inter vir. & vxor. & quæ dicitur simulata vè.

a] Dic quod ibi nõ dicitur quod ideo teneatur quia actionem habet: & sic nõ est contra secundum Bar. b] Dic vt ibi secundum Bar. c] Ibi plures obligant æqualiter ex facto ferui communis : & ad indiuiduũ, quo ad solutionem : vt. j. proximi. §. secundum Bar.



**a** Auctor. vt & supra. l. proxi. §. apud Ferocem.  
**b** Legato. scilicet vt restituat opus si velit, vel patientiam præstet. & facit infra quod vi aut clam. l. competit. §. fin.  
**c** Ed venditor. Quod vi aut clam. concor. quod supra. l. proxi. dixi. Item actio. in factum tenetur: vt supra de alie. iudi. l. iij. §. j. Accursius.  
**d** Impensis. factis in demoliendo opere: vt & infra. l. proxi.  
**A** Teius ait. ] **CASVS.** Ille qui fecit opus in fundo suo, per quod aqua pluui. meo fundo nocet: si vendat fundum suum in potentiorum, intra annum vtili actio. quod vi aut clam, post annum de dolo cum eo agere poterit. [ **CVM AGITUR.** ] Si in fundo tuo vitio loci, vt quia palustris, pars aliqua fundi tui subsederit, & sic aqua incepit ibi crescere, & dat mihi damnum: non teneris. Idem est & si opus in fundo tuo feceras, quod postea profundauit. nam si aqua crescens in eo loco dat mihi damnum: non teneris. quæ dic vt in glo. [ **IN HOC IUDICIUM.** ] In act. aquæ pluui. arcen. venit damnum quod speratur venire, sicut in act. damni infecti: licet in cæteris acti. veniat tantum præteritum. si autem aqua plu. ex opere à te facto det mihi damnum: tunc agam acti. quod vi aut clam. si autem timeo damnū post sententiam iudicis euenire, tunc petam mihi cauere de damno infecto: vel vt destruas opus absque meo periculo. si autem post litem contest. opus aliquod factum est ex quo timeam, tunc agendum est de nouo. aliquando autem non agetur de nouo, imò destruetur scilicet opus quod est factum post litem contest. si coniunctū siue connexum cum primo sit, ita quod primum sine hoc tolli siue remoueri non potest. & hoc dicit hæc lex cum. l. sequenti. Fran. Accursius.  
**e** Potentiori. vel non potentiori, secundum quosdam.  
**f** Vendiderit. ante lit. contesta. vt. §. eo. l. quamquam. §. Iulianus.  
**g** Quatenus. id est quia.  
**h** Quod si annus. intra quem datur hoc interdictum: vt. §. quod vi aut clam. l. semper. §. hoc interdictum.  
**i** De dolo. Duo obstant. Primo, quia alia actio competit: ergo de dolo non datur: vt. §. de dolo. l. ij. §. & si alia. Secundo ob. quia & hæc de dolo finiebatur anno: licet hodie duret biennio: vt. C. de dolo. l. fin. Ad primum respondet: quia venditor & hic commisit dolum, vt annus interdicti laberetur: vnde actio de dolo competit, licet lapsus sit tempus interdicti, cum forte circa finem anni interdicti committatur dolum. sed hoc non placet: quia sic daretur resti. in integr. vt. §. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. fina. vnde cessat de dolo: vt. §. de dol. l. j. §. idem Pomponius. nisi forte diceret quod fuit negligens in agendo, vnde denegatur restitutio: vt. §. ex qui. cau. ma. l. non enim. Alij dicunt quod hic nihil potuit imputari quare intra annum non egit: ibi sic potuit imputari. Ad secundum respōdet quod à compositoribus additum est quod actio de dolo duret biennio, non à Paulo auctore huius. l. secundum P. Vel dic quod de dolo adhibito circa finem anni, dicit in hoc vt labatur annus interdicti, quod non placet: cum restitutio tunc daretur, nisi defendas: vt & modo in alio contrarij dixi. Tu vero communiter ad vtrunque respondeas, & dic quod datur de dolo. id est in integrum restitutio propter dolum commissum, vt annus labatur: vt. §. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. fi. & l. seq. Vel melius dic, in factum nomine doli ex edicto de alie.

In eadem causa est etiam socius eius qui opus fecit, si ipse auctor non fuit. Idemque in donato fundo legato **b** est.

XIII. GAIUS ad Edictum Prætoris urbani titulo de aqua pluuiæ arcendæ.

**S** Ed venditor aut donator interdicto quod vi aut clam de damno & impensis **d**, ab actore factis tenebitur.

XIIII. PAVLVS libro quadragesimo nono ad Edictum.

**A** Teius ait, si is qui opus fecerit, potentiori **c** vendiderit **f** prædium: quatenus **g** defecerit dominus esse, agendum cum eo quod vi aut clam. quod si annus **h** præterierit, de dolo **i** iudicium dādum. Cum agitur aquæ pluuiæ arcendæ, de facto **k** quod nocet, **l** queritur. **m** ideoque si vitio loci **n** pars aliqua soli subsedit: **o** quamuis per eam causam aqua pluuiæ inferiori noceat, nulla competit actio. **p** Idem fortasse dicitur, si in agro manu factum **q** aliquid subsederit.

**Pro damno præterito intra annum potest quis conveniri quod vi aut clam: post annum actione in factum ex edicto de alienatione mutandi iudicij. Bartolus.**

In hoc **r** iudicium, sicut in

iudic. mut. cau. fact. vt. §. de alie. iudic. mut. cau. fact. l. iij. §. j. & §. eod. l. post venditionem. in fin. nec ob. quod & illa datur vsque ad annum, sicut de dolo actio: vt supra de alien. iudi. l. vel post annum. quia in interdicto computatur annus à tempore facti operis: vt infra quod vi aut clam. l. semper. §. hoc interdictum.

damni infecti, futurum **f** damnum venit: cum reliquis ferè **c** omnibus iudiciis præteritum præstetur. De eo **u** quod ante datum est, quod vi **x** aut clam agendum est: de eo **y** quod post sententiam iudicis futurum est, damni infecti cauere oportet: vel ita opus restituendum **z** est, vt nullum periculum **a** damni superfit.

De eo opere quod post litem contestatam factum **b** est, nouo iudicio agendum est. **c**

XV. IDEM libro sextodecimo ad Sabinum.

**S** Ed interdum opus & quod post litem contestatam factum est, tollitur: si id quod antecessit, tolli sine eo non potest. **d**

**Damnum contingens post litem contestatam ex fundo vendito, venit in hoc iudicio. Item hoc iudicium contra eum qui dominus est, proponitur. Bartolus.**

XVI. POMPONIVS libro vicinissimo ad Sabinum.

**P**ost venditionem **e** & traditionem quod nocitum sit ei fundo de quo **f** ante **g** iudicium acceptum sit aquæ pluuiæ arcendæ, nihilominus eo iudicio venditorem posse consequi: non quia venditori, sed quod rei damnum datum sit: idque **h** cum **i**

debeatur: vt supra ad. l. Aquil. l. in lege Aquilia si delerum. Item si surripiatur huiusmodi instrumentum: vt infra de fur. l. quidam. in fin. Item si tabulæ in quibus legatum sub conditione relictum est, dolo non exhibeantur: vt. §. de tab. exhi. l. locum. §. condemnatio. Idem in nuntiatione noui operis: vt. §. titu. ij. l. j. §. hoc autem. & concor. §. de iudi. l. non quemadmodum.

**u** De eo quod ante. scilicet litem contestatam.

**x** Quod vi. non hac actione: vt. §. eo. l. j. §. ij.

**y** De eo. scilicet damno.

**z** Restituendum. per hanc actionem: vt & supra eo. l. si tertius. §. officium. & infra eo. l. si vsusfruc. §. non aliter.

**a** Periculum. id est suspicio periculi. Accursius.

**b** Factum. super alia re. secus si super eadem: vt. §. l. proxi.

**c** Agendum est. vt infra de except. rei iudic. l. si mater. §. pen. & supra de iudi. l. non potest. nec ob. supra eo. l. si tertius. §. officium. quia ibi venit damnum contingens post lit. contesta. sed tamen ex præterito opere.

**d** **S** Ed interdum. Non potest. sic infra quod vi aut clam. l. nam origo. & supra de iur. om. iud. l. ij. & in authen. de non alie. §. si minus. col. ij.

**P**ost venditionem. ] **CASVS.** Fecisti opus in fundo tuo, ex quo timeo damnū meo fundo. egi contra te act. aquæ plu. arcen. pendente iudicio alienaui fundum meum. postea datum est damnum. Dicitur quod mihi condemnaris: & quicquid consequar, reddam emptori. Sed pone quod tu alienasti tuum fundum antequam agerem contra te: tunc agam contra emptorem, vel contra te intra annum, si causa euitandi iudicij alienasti. Franc.

**e** Post venditionem. eius fundi cui aqua nocere potest.

**f** De quo. id est pro cuius utilitate.

**g** Ante. scilicet venditionem. nam secus si postea: vt supra eo. l. si tertius. §. si quis prius.

**h** Idque. scilicet damnum.

**i** Eum. scilicet venditorem.

in hac autem actione à tempore alienationis: hodie vero vsque ad biennium datur de dolo: vt. d. l. fin. C. de dolo. & post datur in factum perpetuò: vt. §. de dolo. l. itaque.

**k** De eo facto. id est de causa damni.

**l** Nocet. id est nocere possit.

**m** Queritur. id est inquiritur per iudicem. nam non pro omni danno agitur: & hoc subiicit.

**n** Loci. quia palustris.

**o** Subsedit. id est ruit in terra, valle quadam facta: & sic per id aqua nocet inferiori fundo.

**p** Actio. de stricto iure, secus de æquitate vt permittas vicinum replere: vt. §. e. l. ij. §. item Varus. & §. item damna. & §. eo. l. supra. §. fi.

**q** Manu factum. supra ergo de non manu factis dixit. & expone hic subsederit vt. §.

**r** In hoc. id est in actione aquæ pluuiæ arcendæ. Accursius.

**s** Futurum. vt & §. eo. l. supra. §. officium. & expone vt ibi.

**t** Fere. hoc propter act. l. Aquil. cum deleretur instrumentū ex quo sub cōditione pecunia



**a** Restituere debere. vt & supra de act. empt. l. Iulianus. §. si fructibus. & ad idem de contrahen. empt. quod sæpe. §. si res. & hoc si damnum post venditionem contigit, de præcedenti nihil cedit: vt dictis legibus. & infra quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. si postea. & supra de peric. & commo. rei vend. l. id quod post. & facit. §. titu. j. l. damni. j. §. emptor. & fam. ercif. l. in iudicio. & infra de fur. l. eum qui.

**b** Noceatur. opere in vicino prædio facto.

**c** Actum sit. id est agendum. sic. C. de legi. & constit. l. j. Vel dic actum, post venditionem tamen. nam si antea, & post alienasset: tenetur perinde ac si non vendidisset: vt supra eod. l. quamquam. §. j.

**d** Vendat. fundum in quo opus est nocens. sed in primo casu legis fuit venditus fundus cui nocetur.

**e** Cum emptore. hac actione aquæ pluuiæ arcendæ, vt præstet patientiam: vt. §. eo. l. emptor.

**f** Cum eo. actione in factum ex illo edicto de ali. iudi. vt supra de alie. iudi. l. iij. §. item. & l. vel post annum. Item & habet locum interdictum quod vi aut clâ vsq; ad annum. postea agitur de dolo: quod expone vt plenè dixi. §. eo. l. Atteius.

**S I prius. ] CASVS.**

Concessisti mihi ius aquæ ducendæ ex fundo tuo de nocte. postea concessisti vt de die ducerem: postea steti per x. ann. vel. xx. quod tantum duxi aquam de nocte, & non de die. Dicitur quod amisi ius ducendi de die, cum duæ essent seruitutes. Cætera dic vt in glos. vsque ad. §. licet. [LICET.] Habebam duos fundos vicinos. vnus fundus erat iuxta tuum. concessisti mihi ius aquæ ducendæ per fundum tuum ad meum fundum vltiorè. Dicitur quod tenet seruitus: quemadmodum si in medio inter tuum fundum & meum esset via publica, vel flumen publicum quod vado transiri potest, constitui seruitus aquæ hauriendæ potest. Si autem interueniat locus sacer vel religiosus: tunc nec aquæ ductus, nec haustus seruitus constitui poterit: Sed pone quod inter meum fundum & tuum seruientem est in medio fundus Titij: dicitur quod seruitus potest tenere. & si hic fundus medius mihi debeat seruitutem, idem est. si inter fundum meum & flumen publicum sit fundus Titij: si volo haustu ducere aquam ex flumine publico: nõ possum, nisi Titius concedat mihi seruitutem itineris. Franc.

**g** Si prius: hoc responsum ad primam partem tit. pertinet, quæ est de aqua simpliciter. R.

**h** Per constitutum tempus: decennij inter præsentès: vicennij inter absentes: vt. C. de serui. l. pe.

**i** Plures sunt. vt & §. quemad. ser. amit. l. si comunem. §. fin. secus si vna concessio fuisset, & sic vna seruitus: vt. §. de ser. l. iij. §. fi. & de serui. rusti. prædi. l. vna est. & quemadmo. ser. amit. l. ij. & l. nam satis. §. j. & l. si stillicidij. §. fin. & quibus modis vsusfruct. amit. is qui. Nec ob. huic. l. infra de aqua quoti. & æsti. l. cum constet. §. fi. quia ibi licet non sit vsus aliquis sua seruitute: alius tamen est vsus pro eo, vel voluntate domini sic sunt ibi vsi. Accursius.

**k** Per lapidem. i. non debet ille cui debetur seruitus aquæ ductus, lapidibus sed fistulis ordinare suum aquæ ductum: vt hic, & §. si ser. vindi. l. loci. §. si quis. & hoc quia domini vsus plus incommodatur ff. Nouum.

Videtur iã hoc positum supra. l. 10. §. 1. quæ ad. ser. ut. amit.

\* stratum.

emptori restituere debere. **a** Sed si antequam noceatur, **b** is cum quo actum sit, **c** vendat: **d** statim agendum cum emptore: **e** vel intra annum cum eo **f** qui vendiderit, si iudicij euitadi causa id fecerit.

**Per vsum seruitutis vnus, alia non retinetur. Bartolus.**

XVII. PAVLVVS libro quintadecimo ad Plantium.

**S**I prius **g** nocturnæ aquæ seruitus mihi cessa fuerit, deinde postea alia cessione diurnæ quoque ductus aquæ concessus mihi fuerit, & per constitutum tempus **b** nocturna dumtaxat aqua vsus fuerim, amitto seruitutem aquæ diurnæ: quia hoc casu plures sunt **i** seruitutes diuersarum causarum.

**Contractus factus in dubio, potest intelligi secundum consuetudinem. Bartolus.**

Rectè placuit, non aliàs per lapidem **k** aquam duci posse, nisi hoc in seruitute constituenda comprehensum sit. Non enim consuetudinis est, vt qui aquam habeat, **l** per lapidem statum **m** ducat. Illa autem quæ ferè **n** in consuetudine esse solent, vt per fistulas aqua ducatur: etiã si nihil sit comprehensum, in seruitute constituenda fieri possunt: ita tamen, **o** vt nullum damnum **p** domino fundi ex his detur.

**Locus publicus medius interueniens non impedit seruitutem**

vt infra de riuis. l. j. §. fi. & l. Labeo. & supra eo. l. supra iter. in prin. & quia sic se habet consuetudo: vt hic dicit: quæ est seruanda: vt supra de ædil. edic. l. quod si nolit. §. quia assidua. & supra quod cuiusque vniuer. l. item. ij. respon. & de serui. vrb. prædi. l. qui luminibus. & de lega. j. l. si seruus plurium. in fin. & de testi. l. iij. §. fin. & ad legem Aquil. item Mela. in prin. Arg. contr. huic legi. C. de vsuris. l. eos. §. ceteros. in fin. & supra de serui. vrb. prædi. l. Quintus. vbi dicitur qualitercunque posse duci. Sed illam accipe secundum istam, scilicet per consuetum modum. Acc.

**haustus imponi. Bartolus.**

Via publica intercedente haustus **q** seruitutem constitui posse placuit: & est verum. Sed non solum si via publica interueniat, **r** sed & si flumen **s** publicum: eodem casu quo interueniente flumine publico, viæ, itineris, actus seruitus imponi potest: id est si non sit impedimento transeunti magnitudo fluminis. **t** Sic & si **u** non proximo meo prædio seruitutem vicinus debeat, sed vltiori, agere potero ius esse mihi ire agere ad illum fundum superiorem, quamuis seruitutem ipse per fundum meum nõ habeam: **x** sicut interueniente via publica vel flumine quod vado **y** transiri potest.

**Locus sacer medius impedit seruitutem constitui. Bartolus.**

Sed loco sacro, vel religioso, vel sancto interueniente, quo fas **z** non sit vti: nulla **a** eorum **b** **t** seruitus imponi poterit. Sed si fundus medius alterius inter me & te intercedit, haustus seruitutem fundo tuo imponere potero, si mihi medius dominus iter ad transeundum cesserit: **c** quemadmodum si ex flumine publico perenni haustu velim vti, cui flumini ager tuus proximus sit, iter mihi ad flumen cedi potest. **d**

XVIII. IAVOLENVS libro decimo ex Cassio.

**S**I in publico **e** opus factum est qua **f** aqua pluuiæ noceret: **f**

potest transiri ponte vel vado: aliud si pontonibus traiciatur: vt supra de ser. rusti. prædi. l. fin. & infra. l. proxi. licet & illa possit intelligi aliter, scilicet vt nulla sit differentia, possit transiri ponte vel vado, vel pontonibus. Accursius.

**u** Sic & §. aliàs incipit. §. licet. aliàs & melius, sic & si non proximo. Accursius.

**x** Non habeam. quia res sua nemini seruit: vt supra de serui. vrb. prædi. l. in re communi.

**y** Vado. vt supra proxi. §. dixi.

**z** Fas. id est licitum. Accursius.

**a** Nulla. vt supra de serui. l. seruitutes. §. fin.

**b** Earum. scilicet supradictarum. Accursius.

**c** Cesserit. non autem aliter: vt & §. commu. prædi. l. in tradendis. §. interpositis. & de serui. rusti. prædi. l. qui sella. §. fin.

**d** Potest. vt & §. de serui. vrb. prædi. l. item. §. fin. & facit ad hunc. §. §. de ser. rusti. prædi. l. tria. & l. si mihi. §. pen. Accursius.

**S**I in publico. ] CASVS. Si opus est factum in loco publico, per quod aqua plu. mihi nocet: non possum agere hac act. secus autem est si inter meum fundum & tuum sit locus publicus in medio. nam si tu facis opus in fundo tuo per quod aqua plu. mihi nocet, teneris. & reddit rationem diuersitatis. [S I N E.] Per te videas. nam leuis est cum duabus. legibus. seq. Fran.

**e** Si in publico. scilicet solo vsu & proprietate. secus si proprietate tantum: vt. §. quod cuiusque vni. l. pe. quæ est contra. vel ibi in loco municipij: hic in pub. differunt enim publica à rebus vniuersitatis: vt instit. de re. di. §. flumina. & §. vniuersitatis.

**f** Noceret. ei qui vicinum habet prædium.

a] Concord. tex. in. ca. cū M. & ibi Pan. nor col. r. de consti. & c. 2. & ibi Inno. in gloss. su. in. ver. sigillum. ver. si nos tamè dicimus. de fide instr. & c. licet ex suscepto. de foro compe.

**l** Aquam habet. id est seruitutem aquæ.

**m** Statum. aliàs stratum: & aliàs statutu: & aliàs struibilem. & in primis duobus de lapide viuo: & in hoc vltimo, scilicet struibilem, de lapidibus coctis.

**n** Ferè. huius ferè, in fi. §. redditur ratio. Acc.

**o** Ita tamè. scilicet possunt fieri ea quæ sunt in consuetudine.

**p** Damnum. determinatio ferè. sic infra de aqua quotidi. & æsti. l. hoc iure. §. pen. Accur.

**q** Haustus. id est seruitus aquæ hauriendæ & deportandæ super colulum vel asinum: nõ ductus, nisi à principe impetretur: vt infra. eo. l. si in publico. §. fin. & supra de serui. l. seruitutes. §. pe. & l. fin. Item secus interueniente sacro vel religioso: vt. j. ca. l. §. sed loco sacro. & dicta. l. seruitutes. §. fin.

**r** Interueniat. vt superioris proxi. respon.

**s** Flumen publicum. scilicet interueniat, licet constitui.

**t** Fluminis. quia flumè potest transiri ponte vel vado: aliud si pontonibus traiciatur: vt supra de ser. rusti. prædi. l. fin. & infra. l. proxi. licet & illa possit intelligi aliter, scilicet vt nulla sit differentia, possit transiri ponte vel vado, vel pontonibus. Accursius.

**u** Sic & §. aliàs incipit. §. licet. aliàs & melius, sic & si non proximo. Accursius.

**x** Non habeam. quia res sua nemini seruit: vt supra de serui. vrb. prædi. l. in re communi.

**y** Vado. vt supra proxi. §. dixi.

**z** Fas. id est licitum. Accursius.

**a** Nulla. vt supra de serui. l. seruitutes. §. fin.

**b** Earum. scilicet supradictarum. Accursius.

**c** Cesserit. non autem aliter: vt & §. commu. prædi. l. in tradendis. §. interpositis. & de serui. rusti. prædi. l. qui sella. §. fin.

**d** Potest. vt & §. de serui. vrb. prædi. l. item. §. fin. & facit ad hunc. §. §. de ser. rusti. prædi. l. tria. & l. si mihi. §. pen. Accursius.

**S**I in publico. ] CASVS. Si opus est factum in loco publico, per quod aqua plu. mihi nocet: non possum agere hac act. secus autem est si inter meum fundum & tuum sit locus publicus in medio. nam si tu facis opus in fundo tuo per quod aqua plu. mihi nocet, teneris. & reddit rationem diuersitatis. [S I N E.] Per te videas. nam leuis est cum duabus. legibus. seq. Fran.

**e** Si in publico. scilicet solo vsu & proprietate. secus si proprietate tantum: vt. §. quod cuiusque vni. l. pe. quæ est contra. vel ibi in loco municipij: hic in pub. differunt enim publica à rebus vniuersitatis: vt instit. de re. di. §. flumina. & §. vniuersitatis.

**f** Noceret. ei qui vicinum habet prædium.

a] Concord. tex. in. ca. cū M. & ibi Pan. nor col. r. de consti. & c. 2. & ibi Inno. in gloss. su. in. ver. sigillum. ver. si nos tamè dicimus. de fide instr. & c. licet ex suscepto. de foro compe.

t carum.

Quo. Ant. August. li. 2. cap. 2.



**a** Non potest. hac actione: vt supra eo. l. apud. §. aqua. sed quod vi aut clam: vt infra quod vi aut clam. l. vim facit. §. fin. & aliis remediis: vt dixi in. d. §. aqua.

**b** Interveniente. scilicet in medio inter locū vbi est opus: & locū cui nocetur: vt. §. eo. l. apud. §. aqua. & .j. eo. quod principis. §. fin. & supra. l. proxi. §. via.

**c** Nisi dominus. vt & d.

§. aqua. locus autē publicus nō est in bonis alicuius; siue de vero publico dicas; siue vniuersitatis. Itē intellige de directa. vtilis quandoque sic: vt. §. eo. l. si v. usufructus. est etiā & alia ratio: quia publici loci opus publica auctoritate fulcitur: vt. §. eo. l. ij. §. Cassius. Accur.

**d** Non potest: vt infra de aqua quoti. & aesti. l. j. §. permittitur. secus in haustu: vt. §. eo. l. proxi. §. via. & .j. de serui. l. seruitutes. iij. §. publico. Accursius.

**e** Labeo. aliās incipit, Labeo: & aliās Sabinus.

**f** Noceat. s. vicino.

**g** Non teneri. ad patientiam operis demolienti: ad damnum tamen agere potest: vt argu. §. communi diui. l. Sabinus. ibi, si autem facienti consenserit. & concedit. §. titu. j. l. qui bona. §. si quis iuxta. Item nota q̄ quidam habent, patiente: alij, sapiente. i. sciente. scientia enim inducit patientiam: patientia consensum ad aliquid: vt. C. de remiss. pi. l. ij. & .j. quibus mo. pign. vel hypo. fol. l. ficut. §. nō viderur. & de dona. inter vi. & vxo. l. si seruis communis.

**h** Sed hoc ita. Per errorem. facti. im-

peritia, iuris dicitur: vt. §. de iurif. omn. iud. l. si per errorem. Accur. **i** Errantis est. vt & .j. de iur. & fac. igno. l. error. & de iurif. omn. iud. l. si per errorem. & C. de iur. & fac. igno. l. cum testamentum. & l. non idcirco. & .j. de adqui. re. do. l. si procurator. & .j. de iud. l. ij. in princip. & de contrahen. empt. & si consensum. §. fin. & de condiēt. causa da. dedi. §. subtilius. nec ob. §. si cer. peta. l. eius. vt ibi dixi. & .j. ad leg. Falc. l. j. §. si legatarius. quia ibi in vno errabat heres, in alio bene sentiebat. Sed arg. contra. duo possunt notari. §. de sup. le. l. iij. §. fin. in fin. & .j. de confessis. l. non fatetur. in eo. quod dicit differre vnam ignorantiam ab alia. **ADDIT.** Dic secundūm Barto. quod in. d. §. fin. loquitur de errore communi, qui facit ius: hīc de errore singulari.

**S** In meo. **J** CASVS. In meo fundo fons oritur: venae cuius veniunt ex fundo tuo. tu incidisti venas, ita quod meus fons sicatus est. non teneris. Franc.

**k** Aqua erumpat. id est fons oriatur. Accursius.

**l** Vim fecisse. id est iniustitiam. Oth. & sic nec hac actione, nec quod vi aut clam teneris: vt subiicit, vel simpliciter expone vim. scilicet vt teneris quod vi aut clam. & facit. §. titu. j. l. Proculus. & quod ibi not. & contrarium. §. ne quid in loco pu. l. ij. §. merito. Sol. vt dixi. d. l. Proculus. Item nec ob. C. de serui. si manifestē. quia ibi praescripta erat seruitus. Accursius.

**m** Teneris. scilicet de dolo, si animo nocendi feceris, non aliās: vt supra eo. l. j. §. denique. Accursius.

**S** I usufructus. **J** CASVS. Titius legauit Sempronio vsumfruct. fundi. Dicitur quod heres Titij habet acti. aquae plu. arcend. contra illum qui facit opus in fundo suo ex quo timeat damnū: & ipse ea act. teneretur si facit opus. Secundō dicit. pone q̄ hic he-

res facit opus ex quo timet damnū fructuarius: an ager hac actione fructuarius? Dicitur quod ager interdicto quod vi aut clam, si fecit opus clam. alioquin ager vtili actione aquae plu. arcē. [N O N A L I T E R.] Ille qui teneretur hac actione, debet destruere opus, ita quod aqua pluuia mihi nō noceat. Vltimō dicit: Si fructuarius

facit opus per quod aqua plu. mihi nocet, teneretur proprietarius directa actione aquae plu. arcendae, fructuarius verō vtili. Franc.

**n** Actio. directa. Accursius.

**o** Heredi. contra aedificantem in vicino praedio: & contra ipsum si ipse facit in eo fundo opus. quasi dicat ipse habetur dominus: vt & §. ad Sil. l. j. §. domini. cum domino & in dominum tantum detur haec actio: vt. §. eod. l. apud. §. aqua. Alij exponunt quasi hic fructuarius sit dominus, vt ei cōpetat actio contra facientes opus in praediis vicinis, & econtra vicinis contra eū. quod non placet: quia cum textu non consonat.

**p** Ex opere. factio a proprietario in fundo in quo est legatus vsumfructus.

**q** Incommodum. circa vsumfructum. **r** Quod vi aut clam. si prohibitus heres fecit, vel sciens se prohibendum.

**f** Non competet. quia nō prohibuit: nec ille timuit se prohiberi posse: nec timere debuit. nam aliquod istorū debuit interuenire vt habeat locū hoc interdictum: vt. §. quod vi aut clam. l. iij. §. si. & l. seq.

**t** Quasi domino. nam

praedium fuerit. Quod si ex opere incommodum aliquod patitur fructuarius, poterit quidem interdum vel interdicto experiri quod vi aut clam. quod si ei nō competet, quærendum est an vtilis ei quasi domino actio aquae pluuiae arcendae dari debeat: an vero etiam cōtendat ius sibi esse vt frui. sed magis est vtilem aquae pluuiae arcendae ei actionem accommodare. Non aliter restituisse rem videtur is qui opus fecit, quam si aquam coerceat. Sed & si fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat: erit quidem actio legitima cum domino proprietatis: an verō etiam vtilis in fructuariū actio aquae pluuiae arcendae danda sit, quæsitū est. & magis est vt detur.

**Pro opere facto auctoritate publica, non cōpetit haec actio. Paul.**

**xxiii. PAVLVS libro sexto-decimo ad Sabinum.**

**Q**uod principis aut senatus iussu, aut ab his qui primi agros cōstituerunt, opus factū fuerit: in hoc iudicium non venit.

